





Sala

V. F.

Gab.

20

Est.

8

Tab.

17

N.^o

V.T.
20
8
17

FIDES, RELI^E

GIOMORESQUE AETHIOPVM SVB

Imperio Preciosi Ioannis (quem vulgo Presby-
terum Ioannem vocant) degentium, vna cū
enarratione confederationis ac amicitiae

inter ipsos AEthiopum Imperato-

res, & Reges Lusitanie initia,

DAMIANO a Goes

Equite Lusitano

autore ac in-

terprete.

Aliquet item Epistola ipse operi inserta, ac lectu
dignissimae Helene aufz. Davidis Preciosi Ioannis,
ac ipsius etiam Davidis, ad Pontificem Romanum,
& Emanuelem, ac Ioannem Lusitanie Reges, codem
DAMIANO a Goes, ac Paulo Louio interpretibus.

Deploratio Lappiane gentis, ipso etiam
DAMIANO a Goes autore.

LOVANII

Ex officina Regni Rijsoe,

M. D. XL.

Men. Sep.



DAMIANVS
A GOES EQVES LVSI.
tanus, Paulo Pontifici Ro-
mano Tertio
S.P.D.

NVLLA est res, in qua uberioris nitit debeat
mus, q̄ ut totus terrae orbis (si id aliter fieri
non poterit) labore, sumptu, martyrio, ac omniū
nostrum cruciatusbus, ad Christi fidem aliciatur,
allectusq; vt sub vnum ordinem, & vivendi ritum
redigatur. Cuius rei cura, tibi Paule Pontificx Ma-
xime, qui ut primus Episcopus, & Christi vicari⁹,
eius vnauersali Ecclesie praefides, ceteris nobis o-
mnibus, magis debetur. Quamobrem tuum est ob-
ficium (quod etiam iam cum magna spe omnium
incepisti) calamitatibus, quibus quotidie oppri-
mitur, mederi, & opera, & studio tuo efficere, vt
vni sibi Christo totus mundus parcat, ac credat, cu
vero crediderit, vt tibi, monitilq; tuis velut Petri
successori, in omnibus, que ad salutem animarum
spectant, obediatur. Quod cum euerent, dicimus te
autore, prophetiam vniuersi pastoris, & ouilis adim-
pletam esse. Cuius rei palmam si obtinueris, quis
profecto Pontificum, te vel honore, vel felicitate,
vel merito anteib; vel cui triplicem tiam maiori
iure conceremus q̄ tibi, quam ut consequaris, te

A n n o u n c e m e n t

271
pora, licet alioquin infelicitas, magnas tibi occasio-
nes nunc praestant, infelicia, inquam, ob eas cala-
mitates, quas in Europa medendas habes. A nemis
ne enim actius impetrarunt, q̄a vicino hoste. Nunc
vero ut has molestissimas curas, que tibi (ut scio)
perpetuo cordi sunt, omittamus, ad alias mitiores
veniamus, quae cum magna spe coniunctis sunt, ut
alter & nouus quodammodo orbis, cum Christi fi-
de, tue sanctitatis maiestatem, et imperium agnos-
cat. Quapropter si haec negotia ita tractaueris, ut
te qualis gubernatore ecclesia, tum Europa, tu AE-
thiopica, vitatis periculis, et naufragijs, in portum
salutis venias, de te canemus illud prophetici Sa-
pientis canticum, Penetrabo omnes inferiores par-
tes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illumini-
nabo omnes sperantes in domino. videte, quoni-
am non soli mali laborauis, sed omnibus exquisen-
tibus veritatem. Adeo nūc demum tempus, in quo
hanc prophetiam, per te adimplerum iri cōfidim⁹.
adsum hic AEthiopes gens magna & Christi au-
diſſima, cuius sanctissimus Imperator amicitiam
Europeorum Christianorum cupiens ad te, & ad
inuictissimos Reges Lusitanie, legatos misit, per
quos, ut ex eius epistolis apparet, non tantum sibi
Christianam amicitia, & charitatem cupit a prin-
cipibus Europis impetrari, verum etiam eisdem

quos

(equos affiduc in acerbissimis discordijs nouit ver-
fari) ad Christianam concordiam pientissime ad-
hortatur. Res sane ob quam omnes, pudore affici
debemus. Surrexit sam Regina Saba, et vocat nos
in iudicium, errata nostra reprehendens. Adimplens
Christi prophetis, & quos ipse elegit, paulatim ab
ipso consortio dilabatur, eusq̄ precepta, & pro-
missa deuoluuntur ad eos, qui Ethnici & a Christo
aleni reputabantur. Is enim A Ethiopum Impera-
tor, cum omnib⁹ suis regn⁹, ut ex nostra enarra-
tione apparebit, sub tua disciplina vivere cupit, nec
quisquam magis optat. Nec eti⁹ ignorat ex Apo-
stolorum doctrina, quā in octo libris digestam ha-
bet, Episcopo Romano, omnium Episcoporū to-
tius orbis principatum debens, cui plane, sancteq̄
parere vult, ab eoq̄ in Christi Ecclesiæ institutis,
bene & sancte instrui, ad quod viros doctos sibi
dari orat, atq̄ exorare aude affectat. nec eo conten-
tus, ut suarū etiam postulationū in posterū extet
memoria, petit, ut huius rei fides maneat in Pon-
tificum annalibus, ut sic ab historia Ecclesiastica,
eius epistole, ac p̄fissima optata illuminetur, &
posterior intelligat, quo tempore, sub quoq̄ Pon-
tifice haec gesta fuere. Viros autem doctos, sacra-
rumq̄ literarum disciplina, & aliarum artium be-
ne instructos, non dubito, quin tua sanctitas si ad
cum

cum transmiserit, aut omnino sit missura. Quoru^m doctrina & industria, simul cū sermone, & labore nōnullorum, quos s̄c serenissimi Reges Lusitanie Emanuel, et Ioannes eius filius miserunt, facies ut omnes Christiani in Aethiopia, & India degeneres, sensim legibus Romanorū Episcoporu^m (quos Christi vicarios non reformidant fateri) pareant. Quibus tandem tua opera nobiscum per verā religionē cōiunctis, ac in vno ouili simul, & sub vno pastore Christo congregatis, intelligemus sup nos omnes domini misericordiam confirmatā, & eius regnum omnium seculorum, et dominationē eius omnium generationum esse, & tunc omnis caro benedicta nominis sancto eius in s̄cula. Et ne prolixior sit exhortatio mea q̄j oportet, praeferim ad eum, cuius vitę ac doctrinę omnes simili sum⁹, & esse debemus, ad exordium enarrationis me conferam, quam aliquantulo altius repeatam, vt sic clarius ostendam, quibus principijs haec sanctissima Preciosi Ioannis, & Regum Lusitanis amicitia, & fraternitate inita sint, speris me, dum quę vera, & legitima sunt, enarrabo, animos legēnium incendere posse, & ad huiusmodi munera allicere, quo Christi fides uberior, in omnibus terrae angulis propagetur, prædicta cōficietur, colaturq;

ANNO

A NNO ab ortu Scrutoris humani generis Christi M.cccc. xxxiiii. vita functio Ioane Lita nī Rege eius noīs primo, cognomento bonae memorie, q̄ Lusitanis a Castellanorū incurSIONibus, oppugnationibusq; quibus cā ferme totā populauerant, liberauit, inter alios, quos reliquit filios, Henricus ceteris omnibus, in disciplinis, præcipue Mathematicis doctior fuit, qui propter sola astrorum studia celebs vixit, ac vt cursus stellarū accuratus meditaretur, vitam in saero promontorio, quod caput sancti Vincentij dicitur, egit, quē locum propterea, quod in eo coelum raro turbidū efficiunt, elegit, ne rubibus interpolatis instrumentis, quibus ad rationem eius muneris utebatur, consideratio celestium cursum impeditur. Is autē Henricus, vt fructus studiorum suorum capesseret, id quod iam ex multis vigiljs compertum habebat, nempe Atlanticum Oceanum, in Indicum, rursus Indicum in Atlanticum profluere, nauib⁹ proprijs suis, ac sumptibus constituit inuestigare, quibus iterum atq; iterum missis, bona partem litoris Atlantici penetrauit, in quo oppida, & ciuitates, insulęq; permultae reperte sunt. Quibus in locis omnibus Christi fides eius opera innotuit, insib⁹q; templo quoq; ercta sunt, prædictum in insulis

lis olim desertis, quarum prima insula Lignorum, que vulgo Madcira vocatur, nunc celeberrima, & frugifera est. Tandem, ut sunt res mortalium instabiles, anno salutis nostrae Mcccc. ix. die xxiiii. Octob. morte interceptus, has nauigationes, quos niam expers matrimonij erat, ad coronam regni, tamen fundum hereditarium transmisit, que per manus traditae, ad tempus Ioannis secundi eius nominis, sine aliqua externorum regum, ac principum amittatione, aut iniuria deriuata sunt. Quo Rege viuente, Columbus Gentilis, vir nauticus artis peritus, ab ipso Rege, cui occidentalium Indianarum nauigationes ostendere pollicebatur, repulsus, ac inauditus, dimisusque auxilio, auspicioque Ferdinandi, & Elizabeth Regum Castelle, illud iter feliciter tentauit, ac prouincias illas amplissimas, & magni emolumenti primus repperit, & qua nauibus adire poterant, commonstravit. Is autem Ioannes cum diu animo voluisse res Orientalium Indianarum, de quarum libertate scriptis antiquorum, multa, & varia prodita erant, inter alios immensos labores, & sumptus, quibus non pepercit, viros aliquot lingua Arabica edocitos, ad illas prouincias, præfertim ad Preciosum Ioannem mittere decreuit. Quorum duo fuerunt, Alfonius a Paua, natus ex Albo Castro. Alter vero Ioannes Petrus a Coulhâ, uter

q[ui] Lu

DE AETHIOPVM MORIB.

q[ui] Lusitanus. II Schalabitano, septimo die Maii, anno a Scrutoris CHRISTI ortu millesimo, quadringentesimo, ocliegesimo sexto, iter suum facere auspicati sunt, & mercatores se semper simulant, primum Barchinona, inde Neapoli, postea Rhodo, demum Alexandria iter facientes, Cayrum peruenient, ibi mercatorum sodalitium nativi, versus Thor iter ceperunt. In quo loco nauicō sensa, ad quandam urbem, nomine Cuaque, in litere AEthiopico sitam appulerunt. Postea Adenem nauigant, inde Alfonius iterum in AEthiopiam ad Preciosum Ioannem, Ioannes vero Petrus in Indiam proficiunt inter se constituit. Ioannes aut Callecuno, Goa, ac toto Malabarorum litora peruestigato, Zofalam naungavit. Inde rursus Adenem, hinc recta Cayrum profectus est, ut sodali suo inuenio, in Lusitanum ad Regem redirent (statuerant enim cum Aden discessissent, certe quodam tempore, ad eundem Cayri locum conuenire) quo cum reueterentur, a duobus Indiis Lusitanis, quorū alter Rabbi Abraham vocabatur, Beinenis, alter Joseph Lamecnis, literas Regis Ioannis accepit, ab eisque intellexit, collegam suum Alfonsum inibi vitam morte commutasse. Iisdem literis præceptum erat, ne in patriam redirent, nisi Cromuzia perlustrata, ac Precioso Ioan-

B i

ne

DANIANI A GOES

ne salutato, de cuius statu Rex audissime cupiebat certior fieri. Quia de causa Ioannes Petrus ignorans quae Alfonsum eius collega, dum viueret, geserat, iterum Adenem Rabbi Abraham socio repetit. Iosephum vero eum literis, quibus itinera sua, a claq*u*s significabat, ad Regem remittit. Ude quadam naui concisa, in Oromuziam nauigauit. In quo loco Abraham Iudeo relicto, cui literas quoq*ue* ad Regem tradidit. Mecham versus nauigare constituit, quam cum iam in oculis haberet, cupido cum incedit montis Synai videndi. inde discelsum est Thor. Rursum nauigatione v*is*us, fauic*b* maris Erythrii transmisitis Zeilam peruenit. reliqua deinde itinera v*is*q*ue* ad aulam Preciosi Ioannis pedibus emensus est, qui tunc temporis Alexander vocabatur. cui humanissime acceptus, literas, quas habebat a Ioanne rege, tradidit, eisq*ue* topographia*is*, quam vulgo mapam vocat, quo nostras nauigationes peripiceret, in manus dedit. Is autem Alexander cum statuisset cum remittere, ne id faceret morte praeuentus est. Quo mortuo frater in eius locum successit, cognomento Nau, sed ab eo nunquam idem. Ioannes Petrus potuit facultatem in patriam redi*ti* di impetrare, coq*ue* extinto, idem illi a filio Davide regni herede, denegatum fuit. Donatus igitur amplissimis munib*is*, que illi ad patriae delydes-

g*io*

DE AETHIOPVM MORIB.

n*u* lenienti*u* concessa fuere, qu*ad* exire prouinc*ia* non licet; vxorem nobilem duxit, ex qua q*ui* plurimos filios suscep*it*. Hunc nostri oratores, in ipsa aula Preciosi Ioannis inuenierunt, & allocuti sunt. A qua discendentes, anno millesimo, quingentesimo, vigesimo sexto salutis nostrae, cum libenter in patriam reduxissent, atq*ue* ipse quoq*ue* eo redi*ti*, percupidus erat, sed id a Davide obtinere nunquam valuerunt, respondente ad ipsorum preces, se illum virum, vna cum regnis suis, a patre Nau accep*isse*, cumq*ue* pari cura, & amore cum ipsis regnis seruare velle, nec debere illum tædere. A Etiopac*e* vit*is*, apud quos tum a patre, tum ex sua liberalitate amplissim*is* d*u*ltias, & ditiones accep*isset*. Is vt nostri asserunt, omnium huminum ferme linguis calter, quae de causa, et precipue ob eius prudentiam, quae eximia erat, tam avide ab AEthiop*is* Imperatorib*is* retentus fuit. Vnde res Lusitanicas eorumq*ue* nauigationes exactissime cognoverunt. quibus siue recensendis, vt doctus et eloquens erat, AEthiopum nationem nobis conciliauit. Postmodum Ioanne secundo Rege mortuo, in eiusq*ue* locum Emanuelle felicissimo succedente, classe, cui præcerat Vasco a Gama, anno millesimo, quadragesimo nonagesimo septimo, Vlyssippone soluete, capiteq*ue* Bon*o* spei primo superato, ad Indiam Ori-

B ii

en*al**c*

DAMIANI A GOES

entalem nostri tandem peruenere. In qua varia bella gerentes, multas prouincias ac ciuitates, sub nostrum imperium redegerunt. Quae cum in A Ethiopia, tum per finitimos, tum per aliquot Lusitanos, qui ad aulam Preciosi Ioannis tunc temporis ex India venerant, renunciata esse, Helena Davidis auia, quae ob tenellam ipsius Davidis aetatem, ad ministracionem regnorū habebat, quēdam Matthaeum Armenium, virum multarum rerum, atq; linguarum peritum, in Lusitanam ad Emanuel Regem misit, & quo maior autoritas, & fides legationi esset, quandam nobilem iuuenit Abesynum misit, quos ego sepius in aula nostra conueui, & familiariter allocutus sum. Is enim Matthaeus varijs itineribus, Goam ad Alfonsum Albusquē Proregē guenit, a quo humanissime accept⁹ ac liberaliter dimisus, nostris naubus, anno millesimo quingentelimo decimotertio, Vlyssipponē appulit. Is corī Emanuele, legatione sua exposita, crucem cōcinnatā ex eo ligno, in quo Christus pendit, Regi dedit, quā crucē frequentissime uidi, & ueneratus sum, du frater meus Fructus a Goes, Regi cubicularius, cā in sua custodia haberet. Lite autem sui principis, quas secum ad Emanuel Regem tulerat, sic loquebantur.

Epistola

DE AETHIOPVM MORIB.

Epistola Helen⁹ auix Davidis Preciosi Ioannis Aethiopum Imperatoris, ad Emanuelem Lusitanorum etc. Regem, scripta anno. M.D. IX.

In nomine Dei patris, & filij, & spiritus sancti, unus solus in tribus personis dei, salus, gratia, & benedictio domini nostri, & redemptoris Iesu Christi, filii Marie virginis, nati in domo Bethlehemitica, sit super dilectum fratrem nostrum Christianissimum Regem Emanuelem, dominatorem maris, victorem ferorum incredulorūq; Maurōrū. Dominus deus te bene fortunet, tibi vitoriā de inimicis tuis donet, tua q; regna & ditiones, per deuotas preces nuntiorum redemptoris Christi, nempe quatuor Euangelistarum, sancti Ioannis, Lucie, Marci, & Matthaei, longe lateq; dilatet, et extendat, quorum sanctitates & orationes te seruent. Certiore te facimus perquam dilecte frater, ad nos vscq; appulisse ex magna illa vestra et eximia aula duos nuncios, quorum quidem alteri nomen erat Ioannes, qui se presbyterū aiebat, alteri vero Ioānes Gomez, petrifleg: a nobis commactum & milites. Quare nos mittimus nostrum Orationem Matthaeū, fratrem nostri seruitij, cum via patriarchæ Marci, q; nobis dat benedictionē, mittens

DAMIANI A GOES

mittens presbyteros Hierosolymam , qui est pater noster , ac omnium nostrorum ditionum , columna fidei Christi , & sancte trinitatis . Is de nostro mā-
daro misit ad magnum uestrū ducem eorū , qui p
fide nostri Scrutatoris Iesu Christi militans in In-
dia , ad illi significandū , nos esse promptos ad mit-
tendum tum committatum , tū milites , si necesse fu-

Fuit autem primus erit . Proinde fama accepimus principem Cayri co-
eps Cayri Subegere magnam classem aduersus vestras copias , ni-
mo , quā cōtra mirum ut se se vindicet de iuris damnisque , per
militię tuas (quam in India habes) duces , sibi (ut ve-
re nobis confitit) saepe illatis , quod deus sua sancta
bonitate indies images magis sc̄p fortunare dignetur ,
vt cuncti tandem increduli , penitus sub iugū mit-
tantur .

Nos itaque aduersus illorum insultus missuri su-
mus militum copias , quę mancante ad fretum Me-
chag , scilicet BEB ALMANDEB , aut certe , si id

India et Thor
fuit caecitas mea
Thor , ut tandem auferas perdasq̄ huiusmodi Mau-
ritius al finis
Arabici , quo La-
tiani quotannis
in Barbaros ex-
inceps non vorerentur a canibus .

ceps facias . Adebet iam tempus illud promissum , quod , vt
aiunt , Christus & mater eius Maria prædisere ,
quod scilicet in postremis temporibus oriturus es-
set

DE AETHIOPIVM MORIB.

set e regionibus Francicis Rex quispiam , qui abo-
Francisi . Chri-
stianis Europaeis ,
Indi etiam et Ma-
hemetani ferē o-
mnes Christianos
Europe generali
nomine Francos

Porro quicquid Orator noster Matthēus , uo-
bis dictus est , id velut a nostra ipsorum perso accedit .
na profectum accipite , eiq̄ fidem adhibeite . Est fi-
quidem vnu inter nostrę aulę præcipuos , atq; ob
id illum ad vos mintere voluimus . Committim-
us autem haec vestris nuntijs , quos huc legasti ,
sed cepti nos metus , ne nostra negotia , non ex no-
stra sententia vobis nota forent .

Mittimus ad vos per hunc nostrum Oratorem
Matthēum , crucem unam , factam haud dubie ex
frusto ligni , in quo Scrutator noster Iesu Christus
crucifixus fuit Hierosolymis . Id autem sacrofan-
cti ligni frustum , ex Hierosolymis ad nos allatū
est . Porro ex eodem duas fecimus cruces . earum
altera quidem apud nos manet , alteram vero de-
dimus isti nostro Oratori , ad vos perferendam .
Lignum nigri coloris est , pendetq; ab exiguo ar-
genteo annulo .

Ceterum si uobis usum fuerit , aut vestras fi-
liae matrimonio superare nostris filiis , aut nostros fi-
lios dare vestris filiabus , id & nobis in primis
pergra

DAMIANI A GOES

pergratū erit, & utrīcō vtile, & fraterni inter nos
institutum foederis, quod quidem nuptiarum cōnubii
um, cum in praesentiarum, tum etiam in futurum,
tecum inire percipimus. Reliquum est vt & sa-
lus, & gratia nostri redemptoris Iesu Christi, san-
cteque nostra Domine Marię virginis, se extendat
tum super vos, tū super filios, filias, vniuersamq;
vēstrām domum, Amen.

Ad hēc autem vos certiores facimus, si bella, exer-
citūscō coniungere vñemus, fatis uirium nobis fu-
turum esse ad diuino accedēte auxilio) abolendū
vniuersos nostrę sanctę fidei inimicos. Verum no-
stra regna, & ditiōes sic sunt in mediterraneis sita,
vt nūscō in maria possimus erumpere. Quare ni-
hil nobis est potentiae in mari, in quo(deo laus) vos
omnium estis potentissimi. Iesus Christus sit vo-
bis auxilio, res enim, quae in India per vos gestae
sunt, sum profectio magis miraculosa, qđ humana.
Quod si mille velis armare naues, nos et commis-
tum dabimus, & cuncta, quę ad eam classem opus
erunt, abunde suppeditabimus.

Hanc epistolā cum aliquibus fidei, religionis, mo-
rū, statu sc̄i A Ethiopum articulis, quos Matth̄eus
coram Rege Emanuele, & eius concilio explicat,
hortatu Ioannis Magni Gothi Archiepiscopi V-
psalieg, in regno Suetiç, cū quo in Prūgia nō vulga-

100

DE AETHIOPVM MORIB.

rem contraxi amicitiam, ex idiomate Lusitanico,
in quo eam conscripsem habebam, latinam feci,
quę postea cum ipsiis quoq; articulis, me inscio,
Antwerpia excusa est.

His ex legatis A Ethiopum cognitis, Emanuel,
vt erat & prudētissimus, & propagandę fidei Chri-
stianæ audiffissimus, legationem instituit grauissi-
mis, & ornatissimis viris instructam, cuius capita
fuerū Eduardus Galuanus, vir non minus q̄tate, qđ
prudentia, ac rerum vſu grauissimus, & Franciscus
Aluarez, sacerdos, ac Regi a sacris, & is quoq; se-
nex, & morib⁹ inculpati, quos utroq; de facie no-
tūmus. Ii cum Matthæo sub Lupo Soarez Pro-
rege ad Indiam nauigant, ac tandem Didaco Lu-
pez a Sequeira, Prorege, qui Lupo Soarez succe-
ferat, cum instructa classe, quam aduersus Turcas
parauerat, ad portum Arquicū nomine, in lito-
re Erythrię, ac in ditione Preciosi Ioannis sitū de-
ducuntur, ad quem locū appulsa est classis, anno
salutis millefimo, quingētel, vigesimo, die secundo
Aprilis, in quo itinere, in Camara maris Erythrię
insula vita defunctus est Eduardus Galuanus, in
cuius locum suffici⁹ est Rodericus Limius, qui ab
ipso Arquici portu, vigesimaliō eiusdem mensis
cum socijs eiusdem legationis, duce simul, ac comi-
te Matthæo nam Abesynus ille iuuenis, de quo su-

101

C i perius

superius mentionem fecimus, et viuis iam discesserat ad aulam Preciosi Ioannis contēdere coepit, in quo itinere quoque mortuus est Matthaeus, ac in quodlibet celebrissimo cenobio, nomine Bisayn a nostris sepultus. Post cuius funebre officium, ad institutam professionem redeunt, ac post maxima itinera, labores infinitos, ingentia pericula, ad aulam Preciosi Ioannis peruenient, a quo Rodericus cum collegis honorifice excipitur, ac tandem peractis mandatis, & acceptis, ad Emanuelum Regem remittitur. Is cum suis Arquicūm profectus, classem, cuius prætor Lodouicus Menesius erat, & quæ ea de causa appulerat, ut eos reduceret, non inuenit, quæ illos, quod serius aduenerant, expectante non potuit propter ventorum importunitates, qui in illis plagiis, miro naturæ areano, sex perpetuos menses, ex uno coeli climate, deinde alteros illatos sex menses ex aduerso spirant, Arquici literas intenit apud præfectum oppidi, a prætore Lodouico relietas, ex quibus Regis Emanuels mortem cognoscit. Quamobrem iterum in aulam Preciosi Ioannis redeundum esse constituit, quo reuerso, Preciosus Ioannes ad Romanum Pontificem scribit, literasq; Francisco Alvarez Romam ferendas cōmisit. Hi omnes iam spacio sex annorum in Hispaniis prouincijs commorati, tādem cū legato Aethiopico,

mittebat, Arquici alia classem regiam, quæ eorum causa iterū venerat, consendūr, idque anno millesimo, quingentesimo, vigesimosexto, mense Aprili. Inde soluentes Indianam petunt, ac tandem longis navigationibus, Vlyssipponem ad Regem Ioannem, anno millesimo, quingentesimo, vigesimo septimo, mense Iulio redeunt, qui oratorem Aethiopicum ob certas eius legationis causas, apud se ad annum millesimum, quingeniesimum, trigesimum nonum usq; retinuit, Franciscumq; Aluarez ad Clementem Pontificem septimum cum litteris Preciosi Ioannis, cuius orator ex Aethiopia uenerat misit, quas ipse Pontifex ex mambis ciuidate Francisci Alvarez Bononiae, anno salutis millesimo quingentesimo, trigesimotertio, mense Ianuario, Carolo Quinto Imperatore praesente accepit. Quarum & aliarum ad Emanuellem, & Ioannem Reges interpretatio, Paulo Louio viro crudito debetur, qui eas ex Lusitanico sermone, in quem tum verše erant, Latinas fecit, ut iam hic videre licet.

C. iii. Litigii inter eum, sacerdotum & populi eiusdem loci, atque hispanorum sequentia, cum legato interpolat olet nubilib

Littere serenissimi Davidis A Ethiopiae Imperatoris ad Emanuelem Portugalię, &c. Regem, scriptę anno millesimo quingentidimo vigesimoprimo, Paulo Louio interprete.

IN nomine Dei patris, uti semper fuit, cui non inuenitur principiū, In nomine Dei filij unici, qui est similis ei, antequam sit visum lumen stellarum, antequam poneret fundamenta maris Oceanī, alio autem tempore conceptus fuit in utero virginis, sine semine virili, & sine nuptijs. In hunc enim modū scientia erat officiū eius. In nomine paracleti spiritus sanctitatis, qui scit cuncta secreta, quæ sunt, ubi antea fuit, omnium scilicet altitudinum coeli, quod sine columnis, & absq; vallis fulcimentis sustinetur, qui sp̄ificauit terram, quę antea nō erat creata, nec cognita ad oēs ptes ab ortu ad occasum, et a septentrione ad Austrum. Nec iste est primus, vel secundus, sed est trinitas coniuncta in uno aeterno creatore rerum omnium, ab uno tantum consilio, & uno verbo, per secula seculorum. Amen.

Has literas mittit Atani Tinghil, id est, thus uirginis, quod nomen est a baptisme, nunc vero in ipso suscepti regni initio, assumpit nomen David, dilectus

dilectus a Deo, columna fidei, cognatus stirpis Iudei, filius David, filius Salomonis, filius columnae Syon, filius seminis Jacob, filius manus Marie, filius Nau per carnem, Imperator magnæ & altæ AEthiopie, magnorum regnorum, & ditionum, & terrarum, Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigar, de Angote, de Baru, de Baaliganze, de Adea, de Vangue, de Goiame, ubi Nilus oritur, de Damara, de Vaguemedri, de Ambeaa, de Vagne, de Tigni Mahon, de Sabaym, unde fuit Regina Sabaa, de Bernagae, & dominus usque ad Nobiam finē AEgypti. Haec litteræ diriguntur Regi potenterissimo & excellentissimo, semper victori Domino Emanueli, qui habitat in amore dei, et firmus permanet in fide catholica, filio Apostolorum Petri, & Pauli, Regi Portugallie & Algarbiorum, amico Christianorū, hosti, Iudici, Imperatori, domini Maurorum, & gentium Africæ, & Guineæ a promontorio, atq; insula Lusæ. Maris Rubri, Arabie & Persidis, & Armoricæ, magnæ Indiae, et omnium locorum earum, & omnium insularum, terrarum adiacentium, profligatori Maurorum, & fortium paganorum, domino arcium & altoru Castellarum, & murorum, propagatori fidei Iesu Christi. Pax tibi domine Rex Emanuel, qui Dei fructus auxilio, Mauros occidis, & tua classe, tuo exercitu

exercitu. & tuis duabus vndicis tanq; infideles canes expellis. Pax sit cum Regina vxore tua amica Iesu Christi , serua Marie virginis matris , ipsius Salvatoris totius mundi . pax sit filiis tuis , nunc ut in virienti horto , & florentibus lilijs , mensa esculentis parata . pax filiabus vestris , quae sunt indumentis ornatae , sicut palatia aulaeis exornantur . pax afflinib; tuis , ex sanctiorum seminé procreatis , sicut dicit sacra scriptura , filij sanctorum sunt benedicti , & magni foris & intra domum . pax sit consiliariis & officiis alibus tuis , potestanibus , & ius dicentibus . pax Du cibus tuis castrorum , & confinii , & omnium rerū munitionum . pax omnibus gentibus , populis , et urbibus . & cunctis inhabitantibus praeter Mauros , & Iudeos . pax omnibus parochiis , & omnibus Christo , & tibi fidelibus . Amen .

Cognoui domine Rex , & mi pater , quod cū ad te nominis mei fama , per Matthēū oratōrē nostrū fuisset delata , statim Archiepiscoporum , & Episcoporum , ac Prælatorū magnum numerū aduocari iuisti , qui de ea legatione Deo Christo gratias a gerent , ipsumq; Matthēū summō cum honore , & hilaritate fuisse suscepimus , qua de remissione sum letat⁹ , & gratias pariter Deo egi , et hoc dkuote se cit etiā populus meus . Dolui autem cum ab his intelle xi ipsum Matthēum in reditu suo dū intraret fines

meos

meos in monasterio de Bisayn fuisse mortuū , tū autem ego nō miseram , quoniam adhuc puer erā vnde cīm annorum , vix dū suscepito regni sceptro ; post mortem patris , sed Helena Regina , quam loco matris colcham , et regnū pro me gubernabat . Is Matthēus mercator erat , Habrahā vecatus , sed sibi nō nūm nomen idcirco imposuerat , vt securius per fines Maurorū iter faceret . Vtq; is in Dabul a Mau ris pro Christiano agnitus , in carcerem fuit coniectus . Quod cum significasset vestronū exercituum Prefecto , is misit fortē viros , qui Christianū hominē eteterrimo carcere liberarent , maxime cū dī diciliter eum esse legatum meū . Itaq; illum cepitū e manibus inimicorum , curavit vestris naibus , ad conspectum vestrum transuendendū . Is Matthēus meo nomine , tibi Regi mādata exposuit , rescripsit q; se honorifice suscepimus fuisse , & cumulate oīs generis munieribus honestatum , quod & nuntiū patiter vestri affirmabūt , quos magnus vestry classis præfector Didacus Lopez de Sequeira ad nos misit , q; literas præsentarūt , quas afferre debuerat . Eduard⁹ Galuanus , q; in insula Camerōis dī obierat , quibus cōspectis literis , magnope sum gauisus , & Deo egi gratias , et tū magnā cepi voluntatē , cū pectora vestrorū nūtiorū crucib; insignita cōspicere , & experirer pēcūntando eos , tūtus tenere fidei

fidei Christiani, quæ sunt verissimi, & illud melius singulari deuotione iniecta vehementer permouit, quod intelligerem iter in Aethiopiam inuentum esse, non sine miraculo. Nam reserebant prefectum classis, qui dux per mare Arabicum errasse, & propterea de inueniendo nostro portu desperasset, te infelix, redire in Indiam voluisse, maxime propter se uas maris tempestates, sed in aurora opportune rubram crucem in celo apparuisse, qua salutata, & nautis proras in eam partem esse conueras, monstratæc deo repertum esse portum nostrum, quæ res mihi pro miraculo visa est, & certe in classis prefectus Deo debet admodum esse dilectus, postquam tam ei felicitatem coecissam videmus, quantam nemo ante eum a deo impetrare potuerit. De hac autem mutua legatione antiquitus praedictum fuit a Propheta in libro de vita, & passione sancti Victoris, & in libris sanctorum Patrum, quod Rex magnus Christianus, cum Rege Aethiopicus esset cum mutua pace conuenitus, sed hoc nequaquam futurum existimabam diebus vitæ meæ. Verum deus certum sciebat, ut laudetur nomen eius, qui nuntium ad me detulit, ut ego pariter id mittere possem ad te patrem meum in Christo, & amicū, ut simus in una fide, postquam a nullo alio rege Christiano nuntium auctoriam noticiam habuerimus. Hactenus circum me

Mauri

Mauri erant, filii Mahometis, & Gentiles, & reliqui sunt servi, qui Deum non agnoscunt, et alijs qui ligna & ignem venerantur, & alijs qui solem adorant, & alijs qui serpentes Deos esse putant. cum his nunquam pacem habui, quoniam ad veritatem venire reculante, & frustra his predicabam fidem, non vero conquiesco, & Deus quietem dono mihi dedid cum hostibus meis & tuis. Nam in finib⁹ meis cum armatus contra eos progredior, ipsi faciem & terga vertunt, & Duces, & milites mei, percam pos de his victorias consequuntur. Nec mihi Deus irascitur, ut dicit Psalterium, & Deus vota eorum Regum implet, qui iusta petunt, nec hoc ad laudem nostram pertinet. Nam Deo agenda sunt gratiae, is est qui mundum vobis dedit, & terram Gentilium perpetuo concessit, ac aliorum terras, quæ sunt a finibus vestris, ad initium Aethiopiarum, propterea ingentes. Deo gratias ago, & praedico summam eius potentiam, cum sperem eorum populorum filios, qui in tuam dicionem venient, percul dubio veritatem esse cognituros. quam obrem do gratias Deo, & spero quod filii vestri, & ego, & vos, de felicibus eatum rerum successibus, abunde lgtabimur. & vos Deo debetis contine supplicare, donec gratiam vobis det pociundi templi sancti in Hierusalem, quæ est in potestate ho-

lup. el

D i stium

stium Christi, Maurorum, & Genitium, & hereticorum. & si hoc perfecteris, caput tuum omni laude plenissimum erit. Ceterum ex numero legatorum, qui ad me veniebant, cum predicto Matthio tres periere, & Praefectus magnus vestre clavis deuenit apud Macaua in colloquium cum Rege de Bernagais, qui est imperio meo subiectus, & statim legatos ad me misit, & munera ingentia, quae mihi charissima fuerunt. Verum nomen vestrum omni gemma, & thesauro mihi preciosius videtur. Sed huc trahcamus, & agamus inter nos, quo modo inuadere, & capere possimus alias infideliter terras. Ego certe dabo milles cetera millia drachmarum auri, & totidem millia militarium vitorum. Itemque materiam & ferrum, & cuprum, in usum aedificandae, et ornanda classis, magnam etiam commicatus copiam. amice una conueniemus, et quoniam non est consuetudinis, et dignitatis meq; ad petendam pacem legatos mittere, et tu primus a me eam sincere que sisisti, ad verificanda Christi verba. Nam scriptum est, Beati pedes, qui portant pacem. Et ego propterea sum ad id paratus, more Apostolorum, quierant vnanimes, et vniuersitatis cordis. O Rex, et pater mi Enmanuel, vnius Dei te solspitem velis, et seruer, qui est Deus coeli, et semper vniuersitatis substantiae, nec inuenescit, nec senescit.

Is qui

Is qui a te nuncium attulit, Rodericus Lima vos cabatur, legationis optimorum virorum princeps, et cum eo Franciscus Aluarez, quem propter viate probitatem, et singularem religionem, et iusticiam valde charissimum habui, maxime quod verissimis verbis, cum esset interrogatus de fide apostillime respondebat. Et ita debetis eum exaltare, et magistrum appellare, et dare ei officium conuertendi populos de Macaua, et de Dalaca, de Zeila, et omnium insularum maris Rubri, quoniam sunt in finibus regnorum meorum, et ideo ei concessi crucem, et baculum, in signum potestatis, et ita vos iubete, vt hęc ei concedantur, et creetur Episcopus illarum terrarum, et insularum, quoniam hoc metetur, et idoneus est in hoc officio administrando, et tibi Deus plurimum beneficet, vt semper sis fortis contra hostes tuos, et eos cogatis ad pedes vestros procidere, et Deus tibi vitam prolonget, et participem faciat regni celorum in optimo loco, sicuti ego pro me optarem. Audius autem auribus meis multa bona dete, et oculis video, que videre nequaquam credebam, et Deus cuncta de bono in melius succedere velit, et ibi sit uester locus supra lignum uitę, ubi est locus sanctorum. AMEN.

Ego sicuti filius parvulus, que inuisit feci, & faciam si venerint legati vestri, vt inuicem mu-

D ii tuis

tuis opibus adiuuemur. Singulis autem Oratoriis
bus vestris, qui venient, sicut tum fecisti ad Ma-
zua, aut Delacam, & ad portus intra angustias
maris Rubri, ea tribuam, tribusq[ue] curabo, quæ si-
enda significabitis, sicuti maxime desidero, ut in
confilio, & rerum actione, prospere coniungamur.
Nā cū ad ea littora copiæ vestræ peruenierint, matu-
re & ego cum meis exercitibus adero. Et quoniam
in finib[us] meis nō nō est Christianus, neque tem-
pla Christianorum visuntur, concedam vestris ho-
minibus habendas illas terras, quae sunt proxi-
me Maurorum ditioni, propterea opus est, ut cœ-
pit vestris debitum finem afferatis. Interim mit-
titote ad me viros eruditos, atque etiam cglatores
imaginum auri & argenti, & fabros cupri, & ferri,
& stanni, & plumbi. item artifices, qui literis no-
stris lingue, pro Ecclesia libros imprimant. item
aliquos, qui ex auro bracteolas facere, & cum his
inaurare alia metalla sciunt. Hi erunt in domo mea
honestissime tractati, & si discedere voluerint, labo-
rum suorum eis amplam mercedem soluam. Iu-
roque per Deum Iclum Christum Dei filium, me
eos libere cum voluerint, esse dimissurum. Hoc
autem peto fidentissime, quoniam mihi vestra vir-
tus spectata est, & bonitas maxime agnita, &
scio me amari abs te plurimum. et hoc agnoui cer-
tius,

tius, quod Matthæum mei gratia honorifice et li-
beraliter suscepitus, et remisentis. Et ideo adni-
tor ea impetrare. neque hoc vobis pudorem affe-
rat, nam omnia persoluam. Et id quod filius petit
a patre, negari nō debet. et tu es pater meus, et ego
filius tuus, et simus coniuncti simul, sicut latercu-
lus cum laterculo in pariete copulatur, ita duo in
vno corde, & amore I B S V Christi consen-
timus, qui est caput mundi, & qui cum
eo sunt, assimilantur latercu-
lis in muro coniunctis.

A M E N.

DAMIANI A GOES

Litteræ eiusdē Davidis Aethiopizē Imperatoris, ad Ioannem huius nominis tertium, Portugalliq; et ē. Regem, scriptæ anno milleimo, quingēfimo, vi. gesimoquatto, Paulo Louio interprete.

In nomine Dei patris omnipotentis, creatoris coeli & terræ, & omnium rerum factarum, visibilium, & invisibilium. In nomine Dei filij Christi, qui est filius, & consilium, & propheta patris. In nomine Dei spiritus sancti, paracleti, Dei vivi, aequalis patri, & filio, qui locutus est per os prophetæ, spirando super Apostolos, ut gratias agerent, & laudarent Trinitatē perfectā in celo, et in terra, in mari, & in profundo semper, AMEN.

Mitto has litteras & nuncium ego Thus virginis, quod est mihi nomen a baptimate, nunc vero cum Imperij sceptro assumpsi nomen David, dilectus Deo, columna fidei, stirps Iuda, filius David, filius Salomonis Regum Israel, filius colum Sion, filius feminis Jacob, filius de manu Marie, & filius Nau per carnē, maximo, et potentissimo, & altissimo Ioanni Regi Portugaliq; & Algarbiorū, filio Regis Emanuelis. Pax sit tibi, & gratia domini nostri Iesu Christi sit semper tecū, AMEN.

Bo

DE AETHIOPVM MORIB.

Eo tempore quo ad me relatum est de potentia Regis patris tui, qui Mauros feedissimi Mahumetis filios debellabat, Deo gratias ingētes egi, propter incrementū, et magnitudinem, & coronam cōseruatiōis, in domo Christianitatis. Similiter sumam cepi uoluptatem ex legatorum aduentu, qui terba ipsius Regis, ad me dictularent, ex quibus singularis amor, et notitia, et amicitia inter nos efficiēta est, ad eradicandos, expellendosque malignos Mauros, et incredulos Gentiles, qui habitant inter tua, meaque regna. Dum esse in hac lāticin, audiui tuum, meumque patrem, prius esse uitā defunctū, quam hinc legatos ad eum mitterem. Quamobrem gaudium meum in moerorem subito conuersum est, ita ut in hoc cordis mei dolore, mecum etiam aulae nostrae proceres, et Prelati Ecclesiastici, et qui in monasterijs sunt, omnesque dominum subdati nostri vehementissimum luctum fecerint, ita ut voluptas primi nuntij, cum tristitia huius nouissimi exequatur. Domine a principio regnorum meorum hactenq; nulla legatio, nullusque nuntius, vel a Rege, vel a régno Portugalie ad me peruenit, nisi diu viueret Rex, tuus pater, qui Duces suos ad me misit, et proceres cum Clericis, et Diaconis, qui totum solenniū misericordiarum apparatum attulerunt,

Et propterea

Et propterē maxime sum letatus, & eos honorifice suscepī, & non multo post eos dimisi, vt reuerterentur cum honore, & pace, & posij peruenērūt ad portum maris, qui est in finibus nōcīs, in mari Rubro, nō inuenērūt magnum Praefectum classis, quem pater tuus miserat, is enim non expectauit, & de hoc me fecerat certiorem, quoniam non poterat expectare, cum esset moris vestri, de triennio in triennium magnum classis Praefectum creare. Interim alius nouiter creatus aduenit, qua de causa longiorem, si opus esset, moram legati contraxerunt. Nunc vero mitto mandata mea per fratrem Christophorū Licanati, cui nomen a baptisma te est Zaga Zabo, nempe gratia patris, qui dīfideria mea coram vobis explicabit. & item ad Papam Romanum mitto Franciscum Aluarez, qui nomine meo pr̄stet obedientiā, vti iustum est. O domine Rex frater mi attende, & da operam amicizie, quam inter nos pater tuus aperuit, & crebo mitte nuntios, & literas, nam eas magnopere vide desydero, vti a fratre meo, nam id equum est, cum ambo simus Christiani, & Mauri, qui mali sunt, semper in sua fēcta concordes existunt, & nōc profiteor me nolle in posterum legationes Regis Aegyptij admittere, ne calorum item regum, qui ad me iape legatos mittant, sed solum celiudis.

nī tuū, quos uenire maxime opto, quoniam reges Mauri in loco amici non habent, propter religiōnis dissensionem, sed amici itam simulant, vt tuti & liberius mercaturāt in nostris regnīs exercitāt, inde magnum commodū consequuntur. Ingens tem enīm vim auti, cuius sunt audīssimi, e regnīs meis exportant, cum parum mihi sint amici, & cōmoda eorum nullam mihi afferat Iēticiam, sed hoc tollrandū fuit, quoniam superiorū regum nostrorum vetus est institutum, & si ei nequaquam bellum infero, & penitus profligo, temperandum in hoc mihi esse arbitror, nī illi contra sanctū tē plū in Hierusalem violent, et diruant, in quo sepultura est Iesu Christi, quam Deus in potestate feedissimorum Maurorum reliquit, & pariter solo equarent alia templa, quę sunt in Aegypto, & Syria. & haec causa est, cur eos non inuadam, & débellem, cuius rei me plurimum tēdet. Etiam hoc mihi facilius persuadeo esse faciendum, quum neminem Christianum Regem habeam finitimum, qui me adiūct, & cor meū exhilaret. Ego mi Rex nequaquam letari postum de Christianis Europaeis Regib⁹, cū eos audiā in vno corde minime cōsentire, vigereq; inter eos bella. Estote simul oēs in una cōcordia vnanimes. Deberetis enim inter vos certo feedere esse contenti. Et certe si mihi Christianus

DAMIANI A GOES

Rex finibus esset coniunctus, nunquam vna hora ,
 ab ipso discederem, & de hoc non plane scio quid
 dicam, aut omnino faciam, cum haec a Deo ordina
 ta esse videantur. Domine mi mette obsecro frequē
 tes ad me nuncios, nam cum literas tuas video, vul
 tum certe tuum intueror . Quoniam maior amici
 tia oritur inter longinuos, distantes, q̄i inter eos
 qui propinquū sunt, propter desiderium quo tenē
 tur. Nam is qui reconditos haber thesauros, cū eos
 oculis non videat, cordi semper, & quidem vche
 mentissime diligit, sicuti Dominus Iesus Christus
 in Euangelio dicit, Vbi thesaurus tuus, ibi cor tu
 um, ita cor meū apud te est, quum tu ipse meus sis
 thesaurus, & tu pariter me, tuum thesaurum debes
 efficere, & cum meo tuum cor syncere copulare;
 O Domine frater serua verbum hoc , nam es pru
 dentissimus, & (vti audio) patri in sapientia simi
 lis, & de hac re cognita, statim Deo gratias egi, ab
 iectoq̄i dolore, gaudium a me suscepit est, & di
 xi, Benedictus sit filius sapiens, & magni capititis, fi
 lius Regis Emanuelis, qui sedet in cathedra regno
 rum suorum. Domine mi caue ne defatigeris, cum
 sis fortis non fecis ac pater tuus, nec ostende debi
 les vires aduersus Mauros, & Gentiles . Nam eos
 cum Dei auxilio, adiuuāte virtute tua, facile debel
 labis & destrues. & non dicas tibi esse a patre tuo
 vires

DE AETHIOPVM MORIB.

vires exiguae. N̄c q̄ sunt certe satis magne, & Deo
 semper opem feret. Mihi adfunt uiri, aurum, cō
 meatus instar areng maris, & stellarum ecclī . Nos
 simul coniuncti totam Maurorum barbariem de
 struemus. neq̄ aliud a uobis peto, q̄ peritos uiros,
 qui meos milites in pralijs ordines lervare docēt.
 Et tu Rex uir integrę etatis existis . Rex Salomon
 duodecim annorum eratis, imperium suscepit, ha
 buitq̄ magnas uires, & patre sapientior fuit. Ego
 quoq̄ cum Nau pater meus excellit ab humanis,
 puer undecim annorum remansi, ingressusq̄ sedē
 patris, Deo dñe ampliores opes & uires eo sum cō
 securus. Nam in manu mea omnes finitimi & Re
 gni Gentes existunt . propterea ambo gratias Deo
 agere debemus tanti accepti beneficij. Praebe mihi
 aures frater, & Domine. Nam hoc uno uerbo a uo
 bis postulo, ut uiri docti, atq̄ etiam artifices mihi
 mittantur, qui imagines, et libros impressos, enſes,
 et omnis generis arma militaria fabrificare sciānt.
 Itēq̄ architecti, fabri lignarij, et Medici, qui phar
 maca cōponere, et uulnera curare didicerūt. Cupio
 etiam eos habere, qui aurum in brachia extenuare,
 et aurum, et argentum egregie cælare valeāt, ac etiā
 aurum et argentū e uenis terre cruent, et metallorum
 omnium fodinas exercere sciānt. Praeter hos, apud
 me etiā chari crunt, qui plumbreas regulas ducent,

DAMIANI A GOES

& tegulas ex creta facere docebunt , omnes deniq; artifices mihi vñsi crūt , & præscritim schlopetoru. Adiuua me obsecro in his rebus , sicuti frater fra- trem , & te Deus ita adiuuabit , & ab omni malo liberabit . Deus exaudiat orationes , & petitiones tuas , sicuti recepit sancta sacrificia in omni tempo- re , & in primis sacrificia Abel , & Noe quando fu- it in arca , & illud Abraham , quando fuit in terra Madiam , & illud de Iсаac , quando discessit a fo- fa iuramenti , & illud Jacob , in domo Bethleem , et Moysis in Aegypto , & Aaron in monte , & Ieson filij Nau in Galgala , & Gedeonis supra plagam , & Sampsonis , quando fuit habuit in terra secca . & Samuelis in Rhama propheta , & David Na- cira , & Salomonis in ciuitate Gabon , & Heliq in monte Carmelo , quando suscitauit filium vidue mulieris e Richa supra pureū , & Iosaphat in præ- la , et Manasse quando peccauit , et ad deum est co- uersus , et Danielis in spelunca leonum , et trium so- ciorum Sydrach , Milach , Abdenago in camino i- gnis , et Anne ante altare , et Neemias , qui fecit muros cum Zorobabel , et Matathias cum filijs su- pra quartam partem mundi , et de Esau , supra be- nedictionem . Ita Domine , Deus recipiet tua sacri- ficia , et supplications , et te adiuuabit , et erit pro te contra omnes pericula tans in omni tempore , et sine- gulis

DE AETHIOPVM MORIB.

gulis diebus . Pax sit tecum , et ego te amplector fanctitatis brachijs , et similiter singulos ample- ctor , qui tibi sunt a consiliis sanctis Regni Portu- gallie . Itemq Archiepiscopos & Episcopos , Sa- cerdotes , et Diaconos , virosque pariter et mulie- res gratia Dei , et benedictio virginis Marie ma- tris Dei sit tecum & omnibus , AMEN .

Literæ eiusdem serenissimi Dauidis
Aethiopæ Imperatoris , ad Ponti-
ficem Romanum , scriptæ anno
millelmo , quingentesimo ,
vigesimoquarto , Paulo
Iouio interprete .

IN nomine Dei patris omnipotentis , creatoris Eceli & terre , visibilium , & invisibilium . In no- mine Dei filij Iesu Christi , qui est idem cum ipso , a principio mundi , & est lumen de lumine , et De- verus , de Deo vero . In nomine Dei spiritus sancti , Dei viui , qui processit ex Deo patre .

Has literas is ego Rex mitto , cuius nomen leones venerantur , et Dei gratia vocor Athani Tinghil , id est , Thus virginis , filius Regis David , fili- us Salomonis , filius Regis de manu Marie , filius

DAMIANI A GOES

filius Nahu per carnem, filius sanctorum Petri, & Pauli, per gratiam, Pax sit tibi iuste domine, pater sancte, potens, pure, sacrate, qui es caput Pontificum omnium, & neminem metuis, cum nemo tibi possit maledicere, qui es vigilansissimus supra animas curator, & amicus peregrinantium, consecratus magister, & praedicator fidei, & carum rerum hostis, que conscientiam offendunt, amator optimorum morum, vir sanctus, quem omnes laudat, & benedicunt. O felix sancte pater, ego tibi reuerenter obedio, cum sis pax omnium, & cuncta bona meritis, & ita requiri, ut omnes tibi obediētiam presentent, sicuti sancti Apostoli praecipiunt apud Deū. Hoc vere vestrum est, ita etiam praecipiunt, ut venemur Episcopos, Archiepiscopos, & Prelatos; Similiter ut te loco patris amemus, & loco Regis vereamur, & tibi uti deo fidem habeamus. Propterea dico ego humiliter, ad terram genibus flexis, tibi pater sancte sincero admodum corde, quod tu pater meus es, & ego filius tuus. O pater sancte potestissime, cur neminem unquam ad nos misisti, ut certius de vita, saluteque mea cognosceres, cu tu sis pastor, et ego ovis tua, bon⁹ eten⁹ pastor sui gregis nunq⁹ obliuisceretur, nec tibi a regionibus vestris nimis semotus debeo existimari, ut nunq⁹ ad me nequeant peruenire, cum ex remotissimis terrarū
regnis

DE AETHIOPVM MORIB.

regnis Portugallie Rex Emanuel filius tuus, Ora-
tores ad nos commodissime miserit, & si Deus cu
ad se in celum euocare distulisset, ea quae tum agi-
tabamus, procul dubio felicē exitum habuissent.
nunc vero maxime opto prospera, & salutaria de
sanctitate vestra, per certos nuntios audire. neque
enim vnq⁹ a sanctitate vestra verbum recepi, quum
aliqua tantum a nostris, qui ex voto peregrinātur
audierim. Sed hic cum necp meo nomine profici-
scitur, neq⁹ quicq⁹ literarum a vobis afflātā, incer-
ta fide nobis percunctantibus, dicunt sc ab Hiero-
solyma, deinde solutis votis, ad visitanda Aposto-
lorum limina, Romam peruenisse, cum intelligat
ea loca facile peti, quod a Christianis teneantur, &
certe summam capio ex eorum sermōibus volupta-
tem, quoniam dulcissima cogitatione sancti vul-
lus tui imaginem intueor, quę mihi Angeli formæ
simillima videtur, & illam sicuti angelicam me
diligere, venerariq⁹ fateor. Sed profecto mihi es-
set gratius arcij iucundius, verba tua, uasq⁹ literas
deuotissime contemplari. Atq⁹ ita nunc te oro, vt
nuntium tuum cum benedictione ad me mittere ve-
lis ad exhilarandum cor meum. nam cum in reli-
gione, & fide cōsentiamus, id mihi ante omnia ui-
detur expetendum, suppliciterq⁹ item oro, ut ami-
citiam meam, ad instar annul⁹, quem induis in di-
gitum

DAMIANI A GOES

gitum , & torquis aurei , quem humeris imponis ,
 in intimum cor reponere velis , ut mei memoria nū
 ex animo vestro deleatur . Gratiæ ceterum verbis
 & literis amicitia maxime crevit , cum eam sancta
 pax complectitur , e qua omnis humana latititia fa
 cile prosonit . Quemadmodum enim is , qui vches
 menter sitit , frigidam maxime aquam desyderat ,
 vt in sacris scripturis habetur , ita animus meus ex
 nuntijs , & literis , quæ ex remotissimis terris des
 feruntur , incredibile gaudium concipere selet . neq;
 tantummodo de sanctitate vestra , si aliqua audies
 ro , verum si certa de singulis terra Christianæ Re
 gibus referentur , mirum in modum latabor . sicut
 tibi his accidit , qui præliando opima spolia reperi
 ut , & legūt , hoc enim facilime fieri potest , post
 quam Rex Portugallie totum id iter aperuit , qui
 ad nos iam pridem legatos suos misit cum strenu
 ssimis equitibus . Dum autem pater meus adhuc
 esset in humanis , neq; tum , aut demum a quoq; a
 lio rege Christiano , vel ipso Pontifice , aut nunti
 um , aut omnino literas recipimus . Quanq; in no
 stris Archivis proavi nostri , carum literarū me
 moria conscriuetur , quas Papa Romanus nomine
 Eugenius , ad has terras misit , cum regnaret semen
 Iacob , Rex regum in vniuersa Aethiopia , Rex
 metuendus . Prescriptio autem literarum hęc erat .

Euge-

DE AETHIOPVM MORIB.

Eugenius , Romanus Pontifex filio dilectio nostro
 Regi , ex semine Jacob , Regi Regū in vniuersa Aes
 thiopia , maxime metuendo , et cē . In summa autem
 literarū significabat filium suū Ioānem Palçolou
 gum , qui biennio ante esset mortuus , Regē Regū
 Romgorū , ad sacrosanctam synodum celebrandā ,
 euocatū fuisse , & cū eo Josephū Patriarcham Con
 statinopolitanū venisse cū magno numero Archi
 episcoporum , & Episcoporū , & oīs generis Prela
 torū , in quibus etiā fuissent Procuratores Patriar
 charum Antiocheni , Alexadrini , et Hierosolymi
 tanū . Qui omnes se cum sancte fidei , & religionis
 amore firmiter coniunxissent , constitutæ vna
 te Ecclesiæ , sublatas fuisse antiqui temporis diffi
 cultates , non sine diuino auxilio , que erroneæ , &
 religione contrarie videbantur . quibus rebus rite
 sanctis , et constitutis , ipse Papa omnibus singula
 rem latitiam peperisset . Hunc autem librū Papæ
 Eugenij ad vos mittimus , quem incorruptum le
 tuauimus , totum etiā Pontificis benedictionis ordi
 nem , & potestatem mississimus , nisi harū rerum nū
 mis magnum volumen esse videretur , quā magni
 tudine librum Pauli ad gentes omnino superet .
 Legati vero , qui haec a Pontifice ad nos detulerūt ,
 fuere Theodorus , Petrus , Didymus , & Georgius
 serui Iesu Christi . Tu vero sanctissime pater recte

F i feceris,

feceris, si euolui vestros libros iussiſſeris, ubi harum rerum, de quibus scribimus, uti facile arbitror, a liqua memoria reperiatur. Itaque sancte pater, si alia ad nos perscribes, firmiter existimato, cuncta in nostros libros diligentissime fore conscripta, ut posteris nostris earum rerum sempiterna memoria relinquantur. Et certe is mihi beatus esse videtur, cuius memoria custodita literis, in urbe sancta Roma, & in sede Sanctorum, Petri, & Pauli conseruatur. Hi enim sunt domini regni celorum & totius mundi judices. Ecquoniam ita credo, propterea has mitto literas, ut mihi gratia paratur apud sanctitatem vestram, & vestrum sanctissimum Senatum, ut inde sancta benedictio mihi proueniat, & bonorum omnium incrementum. Obnixe etiam precor sanctitatem vestram ut mihi mittere velit aliquas Sanctorum imagines, & principue beate Virginis, ut sapientissime sit in ore, atque memoria mea nomen vestre sanctitatis, & continuam ex munibibus vestris capiam voluptatem. Iccirco etiam vehementer positulo, ut mihi viros sacra rum literarum doctos, atque etiam artifices mittatis, q̄ imagines fabrificant, atque ita enses, & arma bellica omnis gentis, itemq; caelatores auri, atque argenti, & fabros lignarios, precipue architectos, qui domos ex lapide confiruant,

anno

&

& tegulas ex plumbō, cuprocj ducēt sciant, quibus domorum tecta protegantur, ad hos etiam non bis admodum chari erunt, qui vitrum conflare, organaq; musica leite facere, & doceat pulsare sciānt, itemque fistulatores, & tibicines. Hos vero artifices ex domo vestra precipite muli mitti vellem, velsi horū domi vestrae exigua erit copia, ab alijs regibus filijs vestris, eos sanctitas vestra poterit impetrare. quoniam vestris imperijs, & nubibus facile obediunt. Hi cum ad me peruenient, pro meritis summo in honore habebuntur, ex liberalitate mea, mercedem amplam accipient, & si domum aliquis redire concupiscet, premijs abunde ornatus abiabit, uti placuerit, quando nec inuitum quemquam sim retenturus, cum fructum aliquem ex eius industria percepero. Nunc ad alia transcendunt, & iam a te postulo sanctissimum pater, cur non hortaris Reges Christianos filios tuos, ut arma deponant, & ut fratres decet, concordes inter se esse velint, postquam ipsi eues tuę sunt, & tu ipse pastor eorum. Optime quidem tua sanctitas nouit, quid Evangelium praecipiat, quod dicit. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Nam si reges animis, & secundum certio consentient, facilime Mahumetanos omnes sine misericordia etiā in ultimam mortem delectantur.

omnes debunt, & pseudoprophetae sepulchrum
foecili irruptione disturbabunt & diruent. Ob hāc
rem da operam pater sancte, vt inter eos bona pax
fiat. & certum foedus amicitie percutiatur, horta-
reque eos, vt mihi adesse, atq[ue] opem ferre velint, cū
in regnorū meorū finibus, a Mahumetanis Mau-
ris pessimis hominibus sim ex omni latere circun-
datus. Ip̄i autem Mauri Mahumetani, inter se mu-
tuī auxilijs vñtūr, Regesq[ue] cum Regib[us]. & Re-
guli cū Regulis, aduerlus nos sincere & constantiſ
ſime conuenient: Mihi Miurus quidem admodū
vicinus est, cui finitimi alij Mauri arma, equos, at-
q[ue] instrumenta bellica suppeditant. Hi sunt Re-
ges Indie, Persidis, Arabie, atq[ue] Aegypti. Quib[us]
de rebus singularē animo indies capio moleſtiā,
cum hostes Christianae religionis, fraterna charita-
te inter se coniunctos, pace frui conspiciam. Reges
vero Christianos, fratres meos, nihil omnino iſtis
iniurijs commoueri, neq[ue] villam mihi opem affer-
re, vt certe deceret Christianos, postquam foedissi-
mi filij Mahumetis, inter se mutuis opibus adiu-
uantur. Necq[ue] ego is sum, qui ad id militares copi-
as postulē, cum milites mihi superfcint. Orationes,
& supplicationes tantum peto, locumq[ue] gratiae, a-
pud sanctitatem vestram, & reges fratres meos ex-
opto, quærenda enim mihi est hac vobisq[ue] ami-
citu

amicitia, vñ copioſe his reb[us], quas ſupra poſtulaui
ad terrorē Maurorū ſim inſtructus, et Christiani
nominiſ hostes, vicini mei intelligāt Reges fratres
meos, ſingulari ſtudio mihi fauere, atq[ue] opem fer-
re, quod certe ad communē deces pertinet, poſtq[ue]
in vna religionis, & fidei veritate conſentimus, &
in eo conſilio ſumus permanſuri, quod firmum,
atq[ue] abſolutum erit cum eo, quod utilius cueniet.
Deus itaq[ue] deſyderia veftra impleat, ſuper laudib[us]
Iefu Christi, & dei patris noſtri, quem omnes lau-
dant per omnia ſecula. Et tu domine pater sancte
complectere me, cum omnibus sanctis Iefu Chri-
ſti, qui ſunt Romæ, & pariter in hos amplexus re-
cipiātur omnes incole regnorum meorum, & qui
Aethiopian inabitant, & reddatur gratia do-
mino Iefu Christo cum ſpiritu veftro. Has ve-
ro literas sanctitas tua accipiet, de manu
fratris mei Ioannis Regis Portus
galliz, filij potentillimi Re-
gis Emanuelis per O-
ratorē noſtri
Franciscū
Alua,
rez.

DAMIAN GOES

Felix sancte pater, qui a Deo effectus es Gentium consecrator, & sancti Petri sedem obtines. Tibi date sunt claves regni ccelorum, & quodcumque ligaueris, vel solueris super terram, erit ligatum, vel solutum in ccelis, sicut dixit Christus, & ita in Euangelio Matthaeus scribit. Ego rex, cuius nomen leones venerantur, & Dei gratia Atani Tenghil, id est Thus virginis vocor, quod nomen est a baptisme, nunc vero in ipso suscepisti regni initio, assumpti nomen David, dilectus a Deo, columna fidei, cognatus stirpis Iuda, filius David, filius Salomonis, filius columbi Syon, filius seminis Iacob, filius de manu Mariæ, filius Nau per carnem, Imperator magnæ, & altæ AEthiopie, magnorum regnorū, & ditionū, & terrarū, Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigar, de Angote, de Baru, de Balaian.

DE AETHIOPVM MORIB.

ze, de Adeia, de Vāgue, de Goiame, vbi Nilus ori-
tur de Damara, de Vagomedri, de Ambeaa, de
Vagne, de Tīgri Mahō, de Sabaym, vnde fuit re-
gina Saba, de Bernagues, & dominus vscp ad No-
biām, finem Aegypti. Hę prouincias omnes in
mea potestate sunt, & pleraque aliae magis, & i-
tem parue, que nūc a me nequaquam numerantur,
neque regna, & prouincias suis nominibus expref-
si, vcluti superbia, & vana gloria inductus, verū
ob id, vt fumus Deus magis ac magis laudatur,
qui singulari benignitate, tot amplissimiorum
regnorum Christiane religionis, superioribus me-
is regib, imperia tribuisset, sed profecto me claris-
ore gratia, inter alios reges dignum fecit, vt religi-
oni continua inferirem. Quoniam me Adelios
minutum fecerit, hostem Maurorum, & Gentilium
qui adorant idola. Nitro ad desecularios pedet
sanctitatis vestre more ceterorum Christianorum
dei regum, fratrum meorum, quibus neque telis
gione, neque potentja sum inferior. Ego etiam
in regnum meum sum colunna fidei, in eis exterrissim
uor auxili, cum in solo Deo spem, & open repos-
nam, qui me sustinet, & gubernat, ab eo tempore
quo Angelus Dei allocutus est Philippū, qui fidē
doceret Euanchū potensis regine Cīdaci, regine
Aethiopie, que ab Macrolyma Gāzā pergebat.
olum Philip

Philippus tum baptizauit Eunuchum, & Eunuchus denum Reginam, cum magna parte familie, & populi eius, qui nunquam delierunt esse Christiani, omnisque sequenti tempore perficterunt fortis in fide. Predecessores vero mei, nulla alia ope adiuti q̄ diuina, fidem in latissimis regnis propagarunt, quod & ego quotidie efficere contendo.

Maneo etenim inter maximos regnum meorum fines, ut leo ingenti sylua circumdatus, & septus aduersus Mauros obdidentes, & alias nationes si dei Christiane inimicissimas, que nolunt audire verbum Dei, neque cohortationes meas, & ego gladio accinctus, eos persequor, & paulatim extrudo, diuino scilicet fretus auxilio, quod nunquam mihi dedit, quod secus accidit regibus Christianis. Ni si regnum suorum fines extendunt, id facile possunt assequi, quoniam alter alteri opere ferre posset, & auxilia subministrare, iurariq; benedictione vestre sanctitatis, cuius particeps ego sum, cum in libris meis habeantur literæ, quas superioribus temporibus Eugenius Papa cum benedictione misit, ad regem Serenij Jacob. Quia accepta, tradita per manus benedictione ego fruor, & magnopere lator. Ceterum ego in magna habeo veneratione sanctū templum in Hierusalem, ad quod se paucimmo mitto oblationes debitas, per nostrōs peregrinantes. Et quid?

multo

multo plures & pinguiiores mitterem, nisi itinera a Mauris, et infidelibus ob siderentur. Nam preter illud, quod dona nostra, et thesauros nuntijs eripiunt, etiam eos libete pertransire non sinunt. Quid si patrarent itinera, in familiaritatem, et commercium Romanæ Ecclesie deuenirem, vt fit a ceteris Christianis regibus, quibus in religione Christiana non sum inferior. Et ita, ut illi credunt, vnam fidem rectam, & unam ecclesiam confiteor, credo q̄ syncerissime in sanctam trinitatem, & in unum Deum, & virginitatem Dominae nostræ virginis Marie, & articulos fidei teno, & obseruo, vt ab Apostolis conscripti fuerunt. Nunc Deus optimus manu potentissimi, & Christianissimi Regis Emanuelis iter patefecit, vt per legatos conueniemus, & in fide coniuncti Christiani, cum Christianis deo inferuemus. Sed dum in aula mea ciui oratores essent, allatum est eum vitam cum morte commutasse, filiumq; eius, fratrem meum Ioannem paterni regni sceptrum accepisse. Vnde sicuti ex patris morte sumum senseram dolorē, ita ex filij felici in regnum assumptione misifice suletatus, adeo vt sperem nos communibus copijs, & viribus per regiones Maurorum pessimorum, terra maric; iter aperturos, atque eos magno terrori illato, sedibus, & regnis esse depulsiuros, vt

G i commo-

commodo pacatoq; itinere, Christiani Hierosolymitanum templum petere, et libere commicare posse. Atq; ego in primis, sicuti vchementer exopto, diuini amoris particeps esse possim in templo Apostolorum Petri & Pauli. Cupio autem ingenti desiderio consequi sanctam benedictionem, a vicario Domini nostri Iesu Christi. Nam procul dubio sanctitas vestra, Dei est vicanus. Et cum a peregrinis, qui ex regionibus nostris ad Hierusalē, atq; inde Romā nō sine misericordia eunt, & redūt, multa de sanctitate uestra ab his audio, quae mihi incredibilem afferunt voluptarem & gaudium. Sed multo maiorem oratione caperem laetiam, si mei Oratores breuiore itineris compendio uti posse, & noua referrent. Sicuti antequam moriar, a liquando allatuos spero nō sine gratia Dei omnipotentis, qui vos in sanitatem & sanctitatem consuevit. AMEN. Ex osculor autem pedes sanctos, & supplex oro, ut benedictionem ad me mittat. Has quoq; literas Sanctitas tua accipiet de manu fratris mei Ioannis Regis Portugalliae, per eundem Oratorem nostrum Franciscum Aluarez.

Has epistolas a Paulo Iouio versas, hunc nostro opusculo ob maiorem huius historiæ cognitionem adiunximus, nec incis aliquid mutauimus (quamq; in quis-

in quibusdam locis mutatione indiguerint preter pauca, quæ ex Arabico & Abesynico idiomatice, in Lusitanicum sermonē, omnino male interpretata, mutato epistolariū ordine, fuerūt. Id Iouius quoq; in harum epistolarum enarratione, volumē qd' Franciscus Aluarez de situ, moribus, cultuq; Aethiopum composuit. In quo etiam totum suū iter explicat, pollicitus est Latinū facere, cuius volumen unum exemplar penes me habeo. Quod si Iouianus a ventendo superfideat, non abhorrem ab eius rei tractatione. quamquam id prouinciae non libenter suscepere, nisi id tuis sanctissime pater mandatis mihi imperatum cognouero, quo tutior esse possum aduersus caluniulos, quibus videri possim nō studio Reipublicę Christianę, sed emulatione gloriae Iouianus hoconus subfisse. Ad quod cum fide tractandum, me non parum instructum arbitror. Nam cum perfunctis Germanicis, & Sarmaticis legationibus, e Belgica ad Regem meum Iohannem eitis nominis tertium redeo, cuius plurimam in me excipiendo & humanitatē, & munificentia exspectus sum. Vlyssipone in colloquii Aethiopicū legati incido, viri & Episcopali dignitate venerabilis, & fide, doctrina, ac eloquentia Chaldaicę, et Arabicę linguę admirabilis, et in summa idonei, q; a potentiissimo Ethiopū imperatore, ad maximos principes de

DAMIANI A GOES

maximis rebus mitteretur. Huic autem nomen fuit Zaga Zabo, cum eo post initam inter nos firmissimam & constantissimam amicitiam, sive us sermonem miscui, uariaisque disputationes habui, praesertim de moribus, & religione AEthiopum Christianorum, cupiebam enim eas res non ex verbis interpretantium peregrinorum, sed ab indigena, coram, & ore tenus cognoscere. Inter cetera epistolam quoque per Matthaeum legatum in Lusitaniam missam ei ostendi, quam ego iam pridem cum articulis, quos coram Rege Emanuele exposuerat, in linguam latinam (ut dictum est) transluleram, multaque ex illius admonitu castigavi, ubi interpretatio non plene rei fidem, aut indolem affectuata erat, quod tum mihi, tum Iouio non raro accidisse affirmabat, habebam enim iam mecum ipsius Iouii epistolas, quas summa cum diligentia contulimus. Postmodum vigente inter nos iusta Christi charitate, et amicitia, auctor sum ab eo petere plani, & legitimam AEthiopum fidei, & religionis narrationem, eamque sua manu descripsi, quod mihi summa cum alacritate concessit, illamque statim describere incepit, sententiam summa fide in latinam linguam refudi, ut ex sequentibus patet. Id vero conscientia urgente eo ardentius agebat sum, quod non ignorarem, si hec apud me perfuisse

DE AETHIOPVM MORIB.

perissent, a nemine mortalium vng in lucem proditura fuissent. Inde quod sic digesta & composta ad phrasim Chaldaicam, & Aethiopicam essent, ut vix a quopiam intelligi potuissent, nisi a me, qui ea omnia tam ex ore, quam ex scriptis ipsius Ae. thiopici Oratoris, per multam familiaritatem conseruam, se qui iam portarum.

IN NOMI-

sergenteo ut fuit evanescere vobis agnolitione
spiritus nosteri Iesu Christi.
IN NOMINE DOMINI
amen.
Hoc sunt, quæ de fide, & religione apud nos AEthiopes habentur, & obseruantur.

CREDIMVS in nomen sancte trinitatis,
patrem, filium, & spiritum sanctum, qui unus est dominus, tria quidem nomina, vna diuinitas, tres facies, vna vero similitudo, aequalis trium personarum coniunctio, aequalis in quantum diuinitate, vnum regnum, vnum thronus, vnum index, vna charitas, vnum verbum, & vnum spiritus. Verbum autem patris, & filij, verbum spiritus sancti, & filius est idem verbum, & verbum apud Deum & apud spiritum sanctum, & apud semetipsum.

Hoc nostra oratione sine defectu villo, aut divisione, filius patris, & filii scriptoribus ipsius patris sine principio, neque primo sine matre, sed secundum hanc filium patris. Nemo enim nouit secretum, & debet significatio mysterium eius nativitatis, nisi pater, & filius, & spiritus sanctus. Is autem filius in principio erat verbum, & verbum erat verbum apud Deum, & Deus erat verbum. Spiritus patris, spiritus sanctus, spiritus

spiritus sui, sine villa diminutione, aut augmenta^{ceteras decimas}, tione, is etenim spiritus sanctus, paraclitus, deus vi^{que sequens est.} us, qui ex patre, et filio procedit, locutus est per os prophetarum, & in flamma ignis descendit super A^{Qui de defectu allo} postolos in atrium Syon. Qui per totum terram, & principiu^{qui dicitur filius} m orbem denunciarunt, ac praedicarunt verbū patris, neque primo sine qd^e verbū erat ipse filius. Praeterea neq^e pater est mater filii patris primus, inde quod pater sit, nec filius postremus, &c. inde q^e filius sit, sic spiritus sanctus neq^e primus, neq^e postremus est. Tres personae unus Deus, q^e vides et a nemine videt, q^e unico suo cōsilio cūcta creauit.

Postea vero filius spōte propter nostram salutē, ipso patre volenti, spiritu sancto consentienti, ex altissimo suo domicilio defecit, & incarnatus est de spiritu sancto, ex Maria virginē, quæ Maria duplicitate ornabatur virginitate, vna spirituali, altera uero carnali. Et natus est sine aliqua corruptiōe, ipsa Maria matre post partu virginē permanet, & magno cū miraculo, & arcāno igne diuinitatis aſſlata, sine sanguine & doloribus peperit filium suū Iesum Christū, qui homo innocētis, & sine peccato fuit, & pfectus Deus, & pfectus hō, unū solūmodo habēs aspectū. Adoleuit sensim ut ifans, suscepit lac Mariæ virginis matris suę, et cū attigilset trigintā annū, baptizatus est in Jordane. Et ut ceteri hoēs, ambulauit, fuitq^e lassus, fudauit, elunuit, & sitiuit,

¶

DAMIANI A GOES

Hec omnia passus est sponte et voluntarie , pluri-
maq; fecit miracula. Atq; per suam diuinitatem q; e-
cis usum restituit, claudos sanavit, leprosos mun-
davit, mortuos p; suscitauit, ipseq; postremo uolens
captus est, & flagellatus ac colaphis uerberatus, &
crucifixus, et languit, et mortuus est propter pec-
cata nostra , et sua morte vicit mortem ac diabo-
lum , et sua uia aegritudine dissoluit peccata no-
stra , et languores nostros tulit , et baptismo san-
guinis sui , qui baptismus mors eius fuit, baptis-
zauit patriarchas, et prophetas, descenditq; ad inse-

Nec in fine let ros, ubi erat anima Adg, et eius filiorum, atq; ani-
ma ipsius Christi, quae est ab Adam, quam anima
Adg ipse Christus accepit ex sancta Maria uirginem,
& in splendore, & potentia diuinitatis sua , et crucis
fortitudine fregit aeneas, ac ignes inferorum por-
tas, et catenis ferreis Sathanam colligauit, et redemit
Adam, et eius filios. Hec omnia Christus fecit, p-
terea quod plenus diuinitate erat, et ipsa diuini-
tas erat cum ipsius anima, et erat etiam cum ipsius
sanctissimo corpore, que diuinitas uirtutem dedit
cruci. Quam quidem diuinitatem , is cum patre in
trinitate, & unitate semper habuit, & habet com-
munem. Necenim ipse Christus obambulans in
terris, caruit oculi momento diuinitate, uel digni-
tate sua. Tum demum sepultus, tercia die ipse Je-
sus

DE AETHIOPVM MORIB.

sus Christus, Princeps resurrectionis, Iesus Chris-
tus dulcissimus , Iesus Christus , princeps sacer-
dotum , Iesus Christus Rex Israhel , cum magna
potentia, & fortitudine surrexit. Et posiquam
omnia fuerunt adimpta, qua sancti Prophetae
predixerunt, ascendit in celum cum gloria , & se-
det a dextra patris, & uenturus est cum gloria, se-
tens ate faciem suam crucem, et in manu gladium
iusticie, iudicare uiuos, et mortuos, cuius regni no-
rit finis . Credo unam sanctam catholicam , et
Apostolicam ecclesiam, credo unum baptismum,
qui est remissio peccatorum, spero resurrectionem
mortuorum, et uitam uenturi seculi. A M E N.
Credo dominam sanctam Mariam uirginem, uir-
ginem inquam spiritu, et carne, quae ut dei mater,
charitas omnium gentium est, sancta sanctorum,
& uirgo uirginum , quam modis omnibus uene-
tor. Credo sanctum lignum crucis, leuum egri-
tudinis domini nostri Iesu Christi filii deiesle. q
Christus salus nostra est, propter quem salu sumus.
Iudges quidem scandalum, Gentibus autem stulti-
tia. Nos uero predicamus, et credimus forti-
tudinem crucis domini nostri Iesu Christi, quem
admodum Sanctus Paulus doctor noster praece-
pit. Credo Sanctum Petrum, petram legis esse, que
lex edificata est super sanctos prophetas, fundame-

H tum

rum, & caput Ecclesie catholice, & Apostolice Orientalis, & Occidentalis, ubi est nomen Domini nostri Iesu Christi. Cuius Ecclesia potestatem, Petrus Apostolus habet, ac claves regni celorum, quibus claudere, & aperire, solvere, & ligare potest. Is autem sedebit cum alijs Apostolis eius sc̄is super duodecim sedes, cum honore & laude apud Dominum nostrum Iesum Christum, qui in die iudicij sententiam est de nobis latus. Quę di-
es gaudij quidē Sanctis, doloris autem, & stridoris dentium, peccatoribus erit, cum deficiantur in ar-
dentes flamas inferni cum eorum patre diabolo: Credo Sanctos Prophetas & Apostolos, Marty-
res & Confessores, veros Christi imitatores fuisse,
quos cum Sanctissimis Dei Angelis venero, &
honoro, parique modo etiam omnes illorū secta-
tores cōp̄lectoꝝ et deosculoroꝝ. Deinde confessionem
vocalē omnium meorum peccatorum credo facien-
dam esse apud sacerdotē, cuius precibus per Christum
Dominum nostrum, salutem animae meae
spero me consecuturum. Præterea Pontificem Ro-
manum tanquam primum Episcopum, & pasto-
rem ouium Christi agnoscō, ac omnes Patriar-
chas, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, q̄nū
ille caput est, quibus tanquam ipsius Christi minis-
tris parco, ac obedio.

Hec

Hæc est fides & lex mea, & populi Aethiopie,
qui est sub ditione Preciosi Ioannis, quę fides atq̄
Christi amor, ita sunt apud nos confirmata, vt ea
nec per mortem, nec per ignem, nec per gladium,
fretus auxilio Salvatoris nostri Iesu Christi, nun-
quam sim abnegaturus, quam fidem omnes porta-
turi sumus in die iudicij, ante faciem eiusdem Do-
mini nostri Iesu Christi.

Iam his enumeratis, erit nobis explicanda dis-
ciplina, & doctrina, ac lex, quæ Apostoli in San-
ctis Synodorum libris, & Canontum (quos Mandia,
atque Abethilis vocant) nobis praecererūt.
Sunt enim iij sanctæ Ecclesiæ legum libri octo,
quos omnes Apostoli Hierosolymis congregati,
scriperunt. De quibus habita inquisitione, cum
quisbusdam doctoribus, postquam in Lusitaniam
veni, nemini reperi, qui horum memoris teneret.
Observationes vero, quas sancti Apostoli nobis in
his libris prescripsérūt, hęc sunt. Primo oportere
nos ieiunare singulis diebus Mercurij in memori-
am consilij Iudiciorum, quo die ab eis decretum, &
consultum fuit, Christum occidendum esse. Præ-
terea ieiunandum esse singulis diebus Veneris, q̄
in die Christus Iesus crucifixus, & mortuus est,
pro peccatis nostris. Et in his duobus diebus pre-
ceptum est ieiunare usque ad occasum solis.

H ii Quadra

Quadragesima vero diebus quadragesimalibus, pa-
ne & aqua ieiunandum iniunxerunt. Septem dici
ac noctis horis incumbere rebus diuinis. Ex ijs edi-
ctis quoq[ue] tenemur, et sacru[m] celebrare diebus Mer-
curij, ac Veneris tempore vespertino, quoniam tunc
expirauit dominus noster Iesu Christus in sancto
ligno crucis. Diebus autem Dominicis, omnes v-
nanimiter ut congregaremur in sacra e[st]e hora ter-
tia dici ab ortu solis ad legendum et audiendum
prophetarum libros uoluerunt, atq[ue] postea, ut san-
ctum Euangeliu[m] prædicemus, sacram quoq[ue] fa-
ciamus. Præterea noue dies festos in Chrliti memo-
rii celebrados constituerunt, scilicet, Annuntiatiōis,
Natiuitatis, Circuncisionis, Purificatiōis sive Can-
delarum, Baptismi, Transfigurationis, Dominiq[ue]
Palmarum, usq[ue] ad Octauam Veneris sancti (vt
vocam⁹) qui dies duodecim sunt. Ascensiōis quo-
q[ue] atq[ue] Pentecostes cum suis etiam ferijs. Et ex ho-
rum librorum præceptis, sine aliqua exceptione a
festo Paschæ vtque ad Pentecosten singulis diebus
vescimur carnis, nec per hos dies, usq[ue] ad Octa-
uam Pentecostes ieiunare tenemur, id quidem pro-
pter maiorem venerationem, & honorem Resur-
rectionis Domini nostri Iesu Christi. Item value-
runt ut diem mortis, & assumptionis Marie vir-
ginis cum omni honore celebraremus. Præterea

pre⁹

preter Apostolorum præcepta quidam Preciosus
Iohannes nomine Scmen Iacob constituit in honorē
eiusdem beatissimæ virginis singulis annis trigesima su-
a pra tres dies etiā celebrādos. Deinde propter Chrliti
Saluatoris natuitatem celebrari iussit de uno
quoq[ue] mensi diem unum, qui dies vigesimus quintus
semper est. Constituit quoq[ue] ex singulis mensi-
bus, unum diem propter sanctum Michaelm cele-
brandū. Ulterius ex iudicio Synodorum Aposto-
lorum, diem martyrij sancti Stephani, ac aliorum
martyrum celebramus. Ex institutione quoq[ue] A-
postolorū celebrare tenentur duos dies, scilicet Sab-
bati & Dominicī, in quibus non licet nobis aliquā
rem facere, ne minimam quidem. Diem vero Sab-
bati ob id, quod deus in eo mudi perfecta creatio-
ne quicuisset, scrutamus, quē ut vocari voluit, San-
ctūm sanctorum, ita plane videbatur contra eius vo-
luntatem & præceptum fieri, qui coelum & terram
potius, iij suum verbum perire vult, si cum magno
honore, ac religione is dies non celebra retur, præ-
fertim cum ipse Christus non ad soluēdum legem,
sed ad implendum venerit. Quapropter non ad i-
mitationem Iudeorum, sed iussu Domini nostri
Iesu Christi, et Sanctorum Apostolorum eum fer-
uamus, quorum Iudeorum gratia in nos Christia-
nos translatā est. In quo die Sabbati, excepto tem-
pore

DAMIANI A GOES

pore quadragesimali, carnes semper commedim⁹. Id tamen in regno Bernagaes, ac Tigri Mahon nō seruatur, quorum diuorum regnorum indige-
næ ex veteri consuetudine, carnis in diebus Sab-
bati, & Dominicæ quadragesimalibus uestuntur.
Diem autem Dominicum, ut cæteri Christiani, in
memoriam Christi resurrectionis celebramus. Diē
tamen Sabbati ex legis libris, & non ex Euange-
lio celebrandum esse scimus. Nihilominus Euangeliū
finem legis, ac Prophetarum esse non igno-
ramus. In quibus duobus diebus credimus ani-
mas piorum defunctorum, in purgatorio mini-
me cruciari. Quam quietem Deus in his sanctissi-
mis diebus, animis concedit, donec inde ē finis
to termino suarum peccatarum penitus emergant. Ad
quas poenas minuendas, ac earum cruciatus tem-
pus attenuandum, eleemosynas pro defunctis fa-
ctas, credimus ipsiis animis in purgatorio degentie-
bus maxime prodesse. Ad quarum animarum re-
missionem Patriarchi nullas dat indulgentias, id
ad solum Deum, ac peccatarum temporis constitui-
tionem credimus spectare. Nullos quoq; dies indul-
gentiarum Patriarcha concedit.

Ex Euangelij lectione, sex tantum tenemur ser-
uare præcepta, que Christus ore proprio ita expla-
nauit.

DE AETHIOPVM MORIB.

nauit. Esuriui, & dedisti mihi manducare, Siti-
ui & dedisti mihi bibere, Hospes eram, & col-
legisti me, Nudus & operuisti me, Infirmus,
& visitasti me, In carcere eram, & venisti ad me.
Quæ verba Christus in die iudicij solummodo est
prolatus. quoniam lex, teste Paulo, peccata no-
bis ostendit, quam legem, excepto Iesu Christo,
nemo custodire potuit. Ipso Paulo quoque teste,
Omnes ex peccato nati sumus, propter Euæ ma-
tris nostræ transgressionem, & propter eius ma-
ledictionem. Praeterea inquit ipsemet Paulus,
nos propter Adam mori, & propter CHRISTI
uitam uiuere, qui Christus ob suam immensam
misericordiam, nobis hæc sex præcepta dedit, ut
cum uenerit in sua maiestate, iudicatum uiuos, &
mortuos, saluemur. Quidam uerbis, ac præce-
ptis in ipso tremendo iudicij die, bons gloriam
sempiternam, malis ignem, & perpetuam damna-
tionē denuntiabat. Et quinquātūm peccata mor-
talia (ut uocat) annumeramus, id quidē ex ultimo
Apocalypsis capite, ubi dicitur, Fons autē canes,
& benefici, & impudici, & homicide, & Idolis ser-
uientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Itē
constitutū est a Sanctis Apostolis, in Synodoru li-
bris, clerices uxores licere ducere, id quidē postij co-
gnitionem aliquam habuerint rerum diuinarum.

Deinde

DAMIANI A GOES

Deinde in matrimonio in ordinem presbyterorum recipiuntur, in quem nisi post annum trigeminum nemo recipitur, nec spuri, nec nothi aliqua ratione ad cundem sacratissimum ordinem intromittuntur, qui ordines a nemine, nisi ab ipso patriarcha dantur. Moftua tamen prima vxore Episcopi clericici aliam ducere non possunt, nisi patriarcha ad id dispensauerit (quod aliquando indulgerit magistris propter publicum bonum) nec habere eō cubinam, nisi se voluerint a sacris abdicare, quod si fecerint, res diuinis amplius tractare nō possunt. Et hoc tam stricte seruat, ut iij presbyteri, qui secundo uxorem duxerint, ne candelam quidem vni Ecclesiae consecratam, in manum auderent accipere. Quod si inuentum fuerit Episcopum, aut clericum filium spuriū habecr, ab omnibus beneficiis ac sacris ordinibus abdicatur, quorum bona, si sine legitima prole discedant, ad Preciosum Ioannē, & non ad patriarcham veniunt. Et id quod presbyteri apud nos uxores possideant, ex Paulo accepimus, qui mauuli clericum & laicum nubere cōi vi. Is quoq̄ inquit, oportere Episcopum, virum vniuersi uxoris esse, & irreprehēsibilem, sobrium, pariq̄ modo vult esse Diaconos. Atque etiam ut Ecclesiastici perinde atq̄ seculares proprias uxores ex legitimo matrimonio habeant. Monachū tamē uxores non

DE AETHIOPVM MORIB.

res nō ducunt. Et tam laici q̄ clericī vnam tantū possident uxorem, & matrimonii non contrahuntur, pro foribus sacre q̄dis, sed in priuatis domibus Paranymphorū. Ex sanctorū Apostolorū constitutio habemus, vt si sacerdos fuerit comprehensus in adulterio, homicidio, latrociniō, vel fallsum testimonium tulerit, vt a sacris ordinibus destitutus sit, ac vt ceteri malefici puniantur. Rufus ex corū Apostolorum instituto, Si aliquis siue ecclesiasticus, siue laicus cū uxore cōgressus fuerit, vel in somnis pollutus fuerit, spacio quatuor et viginti horarum templum nō ingreditur, nec id quoq̄ mēstruatis mulieribus licet, nisi septimo quoq̄ die a menstruo, id quidem omnibus vestibus ablatis, quibus tempore mēstrui vtebatur, ipsaq̄ bene lora, atq̄ a cordibus repurgata. Item mulieri parienti masculum, non conceditur venire in templum, nisi post quadragesimum diem, parienti vero foemina, post octogesimum. Hanc consuetudinem ex veteri lege, ac ex noua Apostolica habemus, quas leges, instituta, ac praecepta diligenter in omnibus, quatenus fieri possit, obseruamus. Deinde prohibitū est apud nos, ne aut gentes, aut canes, aut alia huiusmodi animalia, in templo nostra intrent. Item non datur potestas nobis aedundi templum, nisi nudis pedibus, necq̄ lacet nobis in ipso templo ridere, obam-

DAMIANI A GOES

bulare, aut de rebus prophaniis loqui, nec spuere,
aut screare in ipso templo. Quia Ecclesiæ Aethiopiarum
non sunt similes terræ illi, ubi populus Israhel come-
dit agnus paschalē, decedēt ab Aegypto, in quo lo-
co Deus iussit eos comedere indutos calciamentis.
& zonis accinctos propter terræ pollutionem. Sed
similes sunt monti Synai, ubi dominus locutus est
Mōsi dicens, Moses Moses, exue calciamenta tua,
quoniam terra, quam pedes tui premunt, sancta est:
Et hic mons Synai parentes nostrarum Ecclesiârum
est, ex quo suā accepérūt originē, ita ut Apostoli ex
prophetis, & nouum testamentū a vetere. Præterea
nec sacerdoti, nec laico, vel alijs personæ cuius con-
ditionis sit, assumpta venerabilis Eucharistia licet
spuere, a tempore matutino, usq; ad occasum solis,
& si spuerit, grauissima poena multatur.
Item in memoriâ Christi baptiſti, singulis annis,
oēs in Epiphanijs domini baptizamur, id quidem
facimus nō qd ad salutē spectare credimus, sed p^r
pter seruatoris nostri laudē ac gloriam. Necq; vberis,
atq; refertius spectaculis, iocis, & ceremoniis, vllū
aliud festum celebramus, quoniam in hoc die primo
manifeste apparuit sanctissima trinitas, cū dñs no-
strorū Iesus Christus baptizaretur in flumine Jordani,
cū spiritus sanctus in specie columbæ sup caput
eius descendens, et vox de celo dixerit, Hic est filius
meus.

DE AETHIOPVM MORIB.

missus dilectus, in quo mihi cōplacuit. Qui spiritus
sanctus apparēs in specie albæ columbæ, cū facie,
& figura patris, & filij apparuit in una diuinitate.
Pancū modo Christus vīsus est a sanctis prophetis
p multas similitudines & formas. Primū in specie
arictis albi, propter salutē Isaiae filij Abrahæ, eocū
modo nominauit Iacob, Israhel & Iacob, Iudah ca-
tulū leonis, cui super alios fratres potestatē tribuit
dicens, Ad prædictū filii mei ascendisti, requiesceſtis occu-
buisti vt leo, & quasi leæna, quis suscerabit eū? Itē
manifestauit se Mōsi in monte Synai in specie flammæ
igneæ, ostendit se sancto Danieli prophete in simili-
tudine petræ, Ezechielis quoq; filio hominis appa-
ruit, et Isaiae in forma infantis. Manifestauit etiā se
Regi Davidi, & Gedeoni in rōre sūg vellus. Prae-
ter has recensitas formas, in multis alijs vīvis est a
sanctis prophetis. Tametsi tā varijs formis fuerit
vīsus, semper similitudinē patris & spiritus sancti
representauit. Et cū dectiā creasset mundū, dixit,
Faciamus hoēm ad imaginem & similitudinem no-
strā, & fecit Adam ad suam imaginē & similitudi-
nē. Propterea nos dicimus patrem, filium, & spiritū sū
etū, eisq; tres vultū, in una similitudine et diuinitate.
Habemus quoq; a temporiis Reginæ Saba circūci-
tionē, quā ad hūc usq; diē seruamus. Erat aut̄ huic
Reginæ Saba nomē propriū Maqueda, quæ more

I ii majoꝝ

Regina Saba
Maqueda

maiorum colebat Idola . Ad cuius aures fama sapientiæ Salomonis cum peruenisset , quendam virū prudentem Hierosolymam misit , vt re omni explorata , certior de Regis prudentia redderetur . Quo ruerso , & re explanata , subito se ad iter Hierusalē versus cōponit . Atq; cū eo peruenisset , pr̄ter multa alia , quibus a Salomone eruditā est , legem ac prophetas didicit , ac q̄b in patriam (facultate impetrata abeundi) proficisciens , in itinere filium , quem ex Salomone cōoperat , peperit , qui vocatus est Meilech , quem ipsa Reginā in Aethiopia , vscq; ad vīgesimum ætatis annum apud se educauit , ac postea ad Salomonem eius patrem remisit , vt ab eo scientiam & sapientiam disceret , quem per literas obsecravit , vt filium Meilech eorū arca foederis , testamenti Domini Regem Aethiopię consecraret , ac crearet , neue vltius scemine ius regnū in Aethiopia haberent , vt tum in more erat , sed vt rectio tramitem masculi in regnum succederent . Qui cum Hierosolymam venit , a patre facile matris postulata obtinuit , ac pro Meilech vocatus est Dauid , quem iam abunde in lege , atq; in alijs disciplinis & doctum , parer Salomon constituit ad matrem remittere , id quidem cum maiore ornatu , Regioque apparatu . Ad quod munificentius conficiendum , comites illi nobiles , ac primorum virorū filios tradidit ,

didit , qui ei pro Regio more inservirent . Pr̄terea decrevit cum eo mittere Azariam principē sacerdotum , filium Sadoch principis quoq; sacerdotum . Quod cum Azarias intellexisset , Dauidem hortatus est , vt ei a patre impetraret potestatem sacrificandi , pro successu itineris , ante arcā foederis domini . Qua re a Salomone impetrata , Azarias subito tabulas , q̄ secretissime potuit , ad imitationē tabularum foederis domini dedolare curat . Quibus perfectis , ad sacrificandum se componit , in ipsouī sacrificio clanculum , atq; mira arte , veras foederis domini tabulas ex arca surripuit , pro eisq; adulterinas , quas secum portauerat , reposuit , se lolo , ac Deo cōclio . Hęc narratio apud nos Aethiopes sanctissima & probatissima habetur , vt ex historiā ipsius Regis Dauidis (quae iucundissima lectu ēst) appetat . Cuius historiæ libertantæ crassitudinis est , quantæ omnes Pauli epistolæ .

Cæterum cum iam Dauid ad fines Aethiopie peruenisset , Azarias eius tentorū ingressus , id quod semper apud se occultum tenuerat , et revelat , nempe tabulas foederis domini penes se esse . Q̄ya re auditā , subito Dauid ad tentorū ubi Azarias tabulas foederis domini habebat accurrunt . ibi q̄ pre nimo gaudio ad exemplum aui sui Dauidis , ante arcā , in qua tabulę erant , incepit saltare . Quo a

suis viso, & re intellecta, omnes pari modo gaudia
 et leticiam ingenie celebraverunt. Tandem peragra
 ta magna Aethiopie parte ad suā matrē peruenit.
 Quae statim ei imperiū oīm prouinciarū detulit,
 omnemq; administrandi regni curā in eius hume-
 ros reclinavit. Et ab eo tēpore ferme iam inde usq;
 in hunc diē elapsis interim bis millenis, sexcentenis
 annis, regnum Aethiopie recto tramite, de masculo
 semper ad masculū trāffertur. Et ab his tēpori-
 bus legē domini, & circūcisiōne seruamus, vt ante
 dictū est. Ab eodem quoq; tpe hucusq; ministeria,
 quæ Salomō filio suo Davidi ad aulā suā guber-
 nandā ordinauit, in eo ordine ac familijs, quo tunc
 tēporis erant, cōseruantur, nec aulica ministeria ex
 alia stirpe deligere fas haberet, vel ipse Imperator. Insu-
 per iussu, & decreto ipsius Reginę Maquedę, mu-
 lieres quoq; circūciduntur. Ad id ea ratiōe deductā
 est, vt quemadmodū viri p̄ceptum habēt, eodē
 quoq; modo mulieres etiam quandā glandulosam
 carnē, quam Nympham vocant, in genitalibus ha-
 bēt, nō ineptam accipiendo characteri circūcisiōis.
 Id quod sit tam in masculis, q̄ in foeminiis ad octa-
 tu diē, et post circūcisiōne masculi baptizantur ad
 quadragesimū diē, mulieras vero ad octogesimum,
 nisi aliqua interuenierit egritudo, vt op̄ sit festina-
 tione, quod si ante tempus constitutū baptizentur,
 infantibus nō licet lacte matris lactari, sed nutriticis
 tantum

tantum, id quidem donec matres purifcentur.
 Et aqua in qua baptizantur, exorcisēt confecta-
 tur, & benedicitur, & ea ipsa die, qua pueri bapti-
 zantur, venerabile corpus Domini accipiunt, sub
 exigua specie panis. Nos ferme prius ceteris Chris-
 tianis omnibus, baptismum ab Eunicho Canda-
 cis Reginę Aethiopie, cui nomen erat Iudich ac-
 cepimus, ita vt in Actis Apostolorum traditur,
 quem una cum circuncisione (quam tum temporis,
 vt prius dictum est, habebamus) sancte & Christi-
 anē obseruamus, & Deo adiutorē sumus perpetuo
 obseruaturi. Nec quicquam præter ea, quæ in lege
 & Prophetis, & in Euangeliō, atq; in libris Syno-
 dorū Apostolorum sunt, seruamus, aut admit-
 timus, & si quæ alia præter haec recipimus, ea ser-
 uantur interim, quod ad ordinem, & pacem Ec-
 cleſie videntur spectare, id tamen sine aliquo pec-
 cati vinculo. Q̄iamobrem circuncisio nostra im-
 munda non est, sed lex & gratia data patri no-
 stro Abrahæ est, quam a Deo tanquam signū acce-
 pit, non vt propter circuncisiōem falso fieret, aut
 filij eius, sed vt ipsi filij Abrahæ, a ceteris nationi-
 bus dinosceretur. Et id quod symbolo circuncisiō-
 nis latenter ostenditur, eximie seruamus, nempe
 vt corde circuncisi simus. Nec ob circuncisionem
 gloriamur, nec etiam ceteris Christianis putamus

ob id.

ob id nobiliores , nec Deo acceptiores ess^e, apud quem nulla est acceptio personarum, teste Paulo , qui etiam ostendit nos saluos fieri non propter circuncisionem, sed propter fidem, quia in Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec preputium, sed noua creatura. Is autem Paulus non predicauit ad defruendam legem , sed ad stabilendam, qui circucisus quoque fuit, et ex semine Benjamin. is quoque Timotheum iam Christianum factū ex matre Hebreæ, & ex patre gentili natum circumcidit , sciens Deum circuncisionem ex fide, & preputium per fidem iustificare. Et ut ipsemet ait, factus est omnibus omnia, ut omnes faceret saluos. Iudeus tanquam Iudeus, vt Iudeos lucraretur. His qui sub lege erant, quasi sub lege esset, cum ipse non esset sub lege, vt eos qui sub lege erant, lucrisacheret . His qui sine lege erant, tanquam sine lege esset , cum sine lege Dei non esset, sed in lege Christi , vt lucrisacheret eos, qui sine lege erant. Et factus est infirmus, vt infirmos lucrisacheret, id quod fecit, vt ostenderet non ex circuncisione, sed ex fide nos salutem consecuturos. Vnde cum Hebreis predicasset, tanquam Hebreus varijs sermonibus locutus est, dicens, Multifarie , multique modis olim Deus locutus est populis nostris in Prophetis , ostendens eis ex ipsis prophetis , Christū ex semine Davidis secundum carnem

carnem, deinde Christum eis predicauit , cum populis nostris in tentorijs, in deferto fuisse, eosque in terram promissionis introduxisse, per manum Iosephae. Præterea idem quoque Paulus inibi testatur Christum principem fuisse sacerdotum , ac in numero tentorum intrasse, quod est sanctum sanctorum, & sacrificio sui corporis. Et sanguinis , sanguinem hincorum , ac tauorum , quo nemo adestinum poterat iustificari , aboleuisse, et sic multis modis locutus est Iudeis , multis quoque rationibus, et incorrupta fide se a suis colli patitur.

Præterea apud nos habentur semichristiani pueri illi, quos hic audio Paganos ab Romana ecclesia vocari. Qui quoniam sine baptismo mortianiuntur, semichristiani debent appellari . quoniam filii sacerati sanguinis parentum ex baptismo, et ex spiritu sancto, et ex sanguine domini nostri Iesu Christi nati sunt , ex quibus tribus testimonij omnes Christiani reputantur. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, et Sanguis, teste Ioanne in sua prima Canonica, etiam ut Euangelium dicit, bona arbor fert bonos fructus, mala uero arbor, malos. Ideoque filii Christianorum non sunt, ut filii Gentilium, & Iudeorum, atque Maurorum, qui sunt arbores aride sine aliquo fructu. Christiani autem sunt electi in u-

tero matrum suarum, ut sanctus Hieremias Propheta, & sanctus Iohannes Baptista susurant. Insuper infantes Christianarum mulierum, sunt electi, & consecrati ex corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi communicatione. Nam secundum grauidae, cum assumunt venerabile corpus domini nostri Salvatoris Iesu Christi, infans capiens inde nutrimentum, sit sacratus. Quoniam sicut infans existens in utero, ex eius matris affectibus, contristatur, ac latetatur, sic etiam ex matris nutrimento nutritur. Et ut ipse dominus ait in suo sancto Euangelio, Si quis comederit corpus meum, & biberit sanguinem meum, non gustabit mortem in aeternum. Rursus si quis gustauerit meum corpus, & biberit mei sanguinem, erit mecum. Ad huc Paulus docttor Gentium ait, Vir infidelis iustificatus est per mulierem fidelem, & mulier infidelis sanctificata est per virum fidelem, alij oquin filii vestri immundi essent. nunc autem sancti sunt. Quod si ita est, ut filii matris infidelis, sanctificantur in patris fidelitate, multo sacrificiores esse debent illi, qui ex patre, & matre fidelibus nati sunt. Ob quam rem longe magis pium erit, vocare infantes, antequam baptizati sunt, semper christianos, & Paganos. Id quoque dixerunt Apostoli in suis synodorum libris. Omnes qui habent fidem

fidem, & non acceperunt baptismum, merito possunt dici semichristiani, qui etiam dicunt in memoria libris, Si Iudeus, Maurus, Gentilis fidem accipere voluerit, non efficit illico admittendus, sed volunt eum prius venire ad valvas templi, ibique audienc conciones, & verba Seruatoris Christi, ut qui prius ad fidem incitatus, ac quasi arreptus fuit, iugum legis cognoscat, quod cum fecerit, vocari possit semichristianus, qjque baptizatus non sit, quemadmodum Euangeliū docet, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluuus erit, qui uero non crediderit, & demnabitur. Et est etiam moris apud nos, ut mulieres grauidae ante partus tempus semper confiteantur, ac ut corpus dominicum confessio accipient. et eis, que hoc non faciunt, ac pueroru patres, si eas ad id non impulerint, habentur impunia, et mali Christiani.

Præterea sciduum apud nos, confirmationem, et christima, sive extreamam olei unctionem, pro sacramentis non haberi, nec in usu esse, ut video hic ex Romana ecclisia consuetudine fieri. Itē ex lege Moysi, ac Apostolorū instituto non licet nobis cibos immūdos comedere, id facim⁹ ad omnē legis, ac scripturarū obseruationē, quarū octoginta, & unum libros, à ueteris, qj noui testamenti annumeramus, scilicet ex ueteri quadraginta, & sex, & ex nouo triginta, & quinque, quem numerum singulorū libro-

num computatione expressum habemus ab ipsis Apostolis , quibus libris veteris & noui testamenti nihil addere, nec minuere licet , quanquam Angelus de celo id nobis persuadere conaretur. Et q talia auderet tentare , pro anathemate reputaretur. Quare nec Patriarcha, nec Episcopi nostri , p se, nec in concilij putant, aut opinantur illas leges se condere posse, quibus ad mortale peccatum obligari quis possit. In ipsis etiam Synodorum libris constitutum a Sanctis Apostolis est, oportere nos confiteri, atque quam poenitentiam, pro magnitudine singulorum peccatorum , a confessore accipere debemus. Instruunt quoque nos, quomo do orandum, & ieiunandum sit, & charitas exercenda . Præterea hoc familiarissime utimur , quod statim ad pedes confessoris , cum peccatum commissum est, accurrimus, & hoc faciunt omnes tam masculi, qm sceminae cuiuscumq conditionis sint. Et quotiescumq confitemur , assumimus corpus Domini, & id quidem sub utraq specie, in pane azymo triticicio. Quod si singulis diebus confiteamur, singulis quoque diebus accipimus venerabile sacramentum, & id tam apud clericos, qm apud laicos in vnu est. Et sacramentum Eucharistie non sur uatur apud nos in templis, vt sit hic apud Europos , nec agroti corpus Dominicum accipiunt,

nisi

nisi dum conualuerint, id sit, quoniam omnes tam laici, qm clerci confucuerunt illud, ad minus bis in hebdomada accipere , & omnes idem volentes facere templum accidunt . quippe nemini datur nisi in ipso templo, nec id conceditur Patriarchæ , nec ipsi Preciolo Ioanni. Utimur etiam semper uno cōfessore, nec alium accipim⁹, nisi eo absente, quo recesso, ad ipsum redimus . Et confessores omnium peccatorum dant nobis ex Ecclesiæ potestate absolutionem, nullo casu Episcopis, aut Patriarchæ referuato, qm grauissimo. Ulterius presbyteri non possunt audire confessionem eius, cui confitentur. Praeterea presbyteri, & monachi, & omnes Ecclesiæ ministri, apud nos suo labore viuunt. Quippe ecclesia nullas habet decimas, nec accipit, habet tamen prouentus, et agros, quos ipsi clerci, et monachi fodunt, aut sua, aut aliena opera colunt, et nullas alias habent eleemosynas . præter eas, qm gratias in templis offeruntur, pro exequijs mortuorum et alijs pijs rebus. nec eis licet uicatum mendicare, nec a plebe aliquid eleemosynarum extorquere . Item in nostris templis singulis diebus, una tātum celebratur missa, quam sacrificij loco habemus, nec plures ex ueteri instituto celebrare licet. pro qua quædam missa , nullum precium aut mercedem accipimus , in quo ministerio sacramentum Eucharis

stic

DAMIANI A GOES

stic non ostenditur, ut hic video fieri. inibiq; omnes
sacerdotes, & Diaconi, Subdiaconi, & templum
aecedentes corpus domini accipiunt, & nullam p
remissionem animarum facimus missam, sed mortui
cum crucibus, & orationibus sepeliuntur in certo
loco, super quos mortuos, praeципue inter alias ora
tiones, initium Euangeli⁹ Ioannis dicimus, & se
quente die a sepulco mortuo, elemosynas pro eis
offerimus, id etiam postea facimus, certis diebus.
in qbus omnibus episcopis funebrisbus indulgemus.
De fide, ac religione nostra diximus. Nunc vero
quoniam postea in Lusitaniam venimus, erubras
disputationes, ac contentiones cum doctoribus qui
buſdam, præfertim cum Magistris nostris, Dida
co Ortyſio, Episcopo insulae sancti Thomæ, atq;
regis Sacelli decano, & Petro Margalho, de dele
ctu ciborum babuum⁹, de hac re aliquid dicere nō
erit incongruum. Primum sciendum est nos ex veteri
testamento delectum ciborum seruare, qui delec
tus ab ipso verbo dei constitutus est, quod verbū
postea natum est ex Maria virgine, et ambulauit
atq; verbatim est cū suis Apoſtolis. Id quoq; ver
bum dei semper vitum, integrum, inviolatum fer
monem, ac verbum habuit. Nec id quod olim ex
imenuſicia prohibuit comedere, postea in aliquo
ſui Euāgeli⁹ loco dixit esse comedendum. Id quod
ſui
in

DE AETHIOPVM MORIB.

in Euangeliō ait, Quod per os intrat, hominem nō
coquinare, sed ea quæ ex ore procedunt, non ea de
cauſa dixit, ut frangeret id quod antea cōſtituerat,
sed ut refutaret ſuperſtitionē Iudeonū, q̄ arguēbat
Apoſtolas, q̄ illotis manibus panē manducarent.
Imo nec Apoſtoli id tēporis, quando verſabantur
cū Dño noſtro Iefu Christo, vñq; vii ſunt immuni
dis, nec gaſtauerū ea, que in lege prohibita ſunt, nec
villus eorū ē transgressus eſt. Nec iſtis tēpibus, que
paſſionē Dñi infecuta ſunt, cū Euangeliū cooperūt
predicare Apoſtoli, vllis apud nos ſcriptis pbari
potest, eos edisse, aut occidisse immūda. Verum tñ
eſt Paulū dicere, Oē qđ in matello venir, māduca
te, nihil interrogātes, ppter cōſcientiā. Poſtea ſi q̄
vos vocat infidelū ad cœnū, et vultis ire, oē quod
vobis apponeat manducate, nihil interrogantes p
pter conſcientiam. Rurſus, ſi quis autē dixerit, hoc
immolatū eſt Iololis, nolite māducare, ppter eū, q̄
indicauit, & propter cōſcientiā, & c̄. Oia hęc dicit
Paul⁹, ut placet ihs, qui in fide nō erit admodum
cōfirmati, quonā inter hos & Iud̄os varię cōſur
gebāt diſputatiōes ac contētiones, quas vt fedaret,
Christianis nondū ſatis confirmatis indulgentius
morigerabaet, & acquiescebat. Id tñ faciebat nō q̄
lege frangere vellet, ſed ut plures ita in ceremonijs
relaxandis gratificando ad fidem alliceret.

Idem

Idem Apostolus quoq; ait, Is qui manducat non manducantem, non spernat, et qui non manducat, manducantem non iudicet, quoniam is qui manducat, domino manducat, & qui non manducat, domino non manducat. Quamobrem indignum est, peregrinos Christianos tam acriter, ac hostiliter reprehendi, vt ego de hac re, & de alijs, quæ minime ad verâ fidem spectabât, reprehensus fui. Sed multo consultius erit huiusmodi Christianos homines, siue Græcos, siue Armenios, siue Aethiopos, siue ex quauis septem Christianorum Ecclesiis, in charitate, & Christi amplectibus sustinere, & eos sine contumelij permittere, inter alios fratres Christianos viuere, ac versari, quoniam omnes filii baptismi sumus, & de vera fide vnam miter sentimus. Nec est causa, cur tam acriter de ceteris discepitur, nisi ut viuisquisq; suas obseruet, sine odio & infectione aliorum, nec commercijs Ecclesie ob id excludendus est, si peregre in aliis prouincijs domesticos ritus obserueret.

Id præterea quod in Actis Apostolorū habemus, nēpe quo pacto Petrus vidit cœlū apertū, & vas descendere quoddam, veluti linteum magnū, quatuor initijis submitti de cœlo in terram, in quo erat omnia quadrupedia, & serpētia terræ, & volatilia cœli. Cui uox dixit, Surge Petre, occid & mandu-

ca,

ca, cui Petrus, Absit Domine, quoniam nunq; manducavi omne commune, aut immundum. Cui vox iterum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quod vbi cum tertio repetitis vicibus cotigisset, statim illud vas in cœlum receptum est. Quibus peractis, spiritus misit eum in Cæsarcam, ad Cornelium virum piūm, & timentem Deum. Apud quem, loquente Petro, cecidit super oēs, qui verbum Dei audiebant, spiritus sanctus, quo spiritu sancto accepto. Petrus totam familiam Cornelij baptizari iussit. Quod cum ceteri Apostoli, ac fratres, qui in Iudea erant, Cornelium esse baptizatum audiuerint, Petro, quod dediisse baptisatum, et verbum Dei Gentilibus, succensore coeperunt, dicentes. Quare introiit ad viros præparati habentes, & manducasti cum illis. Qui a Peero tota uisio exposta, placati sunt, atq; Deo gratias egerunt dicentes. Ergo & Gentibus penitentiam dedit ad vitam, & recordati sunt verbi Domini, quod in cœlum ascendens dixit, Ite per omnem terram, & predicate Euangeliū omni creaturæ. qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Tunc Apostoli coepit prædicare Euangeliū per totum mundum omni creaturæ, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, atq; per omnem terram exiuit son-

L. i. corum

worum. Et hanc visionem, in qua munda, & immunda apparetabant, ita in Aethiopia exponimus, munda animalia fuisse populum Israel, immunda autem populum Gentilium. Ideo vero Gentiles sunt vocati immundi, quod idolorum cultores essent, & inscruirent operibus diabolorum, que immunda sunt. Quod autem vox illa dixit, Petre occide, id apud nos in hunc modum interpretatur, Petre baptiza, & quod dixerit, Petre comedere, interpretamentum habet, ac si dixisset, doce, & predica fidem, & legem domini nostri Iesu Christi, populo Israel, & Gentibus. Ad hæc certissimum est nullibi in scripturis reperiri, Petrum, aut alios Apostolos immunda occidisse, aut comedisse, post hanc visionem. Porro sciendum est, cum scriptura loquitur de pane, non intelligendum esse cibum, nec corporale nutrimentum, sed explicacionem, ac expositionem Christi, & scripturarum doctrinæ. Consultum profecto esset, omnes doctores, & predicatores de hoc linteo, quod ostensum fuit Petro, sublimia, & alta docere, & non illa que infinita sunt, & que nihil ad salutem videntur pertinere, ac non inde documenta aucupari, quasi fas & licitum esset nobis immunda considerare, quando ex scriptura id minime colligere possunt. Quid quod ipsi Apostoli in suis Synodorum libris præcepserunt

rūt nobis ne comedamus animalia suspensa, suffocata, lacerata, neque semesa ab alijs bestijs, nec sanguinem. quoniam dominus amat mundiciam & sobrietatem, & odit gulam, & immundiciam. Et plurimum etiam eos dominus diligit, qui abstinent a carnis, & multo magis eos, quis ieiunante pane, & aqua, & herbis, vt Iohannes Baptista eremita ultra Jordanem fecit, qui semper viuis est herbis. Et Sanctus Paulus eremita, qui octoginta annis semper ieiunans, commoratus est in deserto, atque Sanctus Antonius, & Sanctus Macarius, ac plurimi alij filii eius spirituales, qui nunquam gustauerunt carnes. Ideoque fratres mei, non oportet nos contempnere, neque infectari proximos nostros, quoniam Iacobus ait, Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Paulus quoque docet, melius esse unumquemque vivere contentum suis traditionibus, q̄ cum fratre Christiano de lege disputare. Rursus non plus sapere, q̄ oportet, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique, sicut Deus duxit mensuram fidei. Quapropter indecens est, cum fratribus de lege, aut de delectu eiborum disputare, quod esca nos non commendet deo. præsertim cum ipse Paulus Apostolus dicar, Nec si manduauerimus, nec si non manduauerimus,

DAMIANI A GOES

deficiemus. Iccirco altiora, & celestem cibū que-
ramus, & has infimas & mānes disputationes o-
mittamus.

Hæc omnia que de traditionibus scripsi, non ad
disputationem, nec cōtentione scripsi, sed ut me-
os quatenus fieri potuit, protegerem, ac defendere
contra acerbissimas multorum reprehēsiones, qui-
bus nulla fuit reuerentia, quo minus potentissimū
Preciosum Ioannem, ac noscius subditos conui-
cēs proscindenter, ac Iudgos, & Mahometanos ap-
pellarent, eo quod circūcisionem seruamus, & Sab-
batum sanctificamus, vt Iudæi. Deinde quod velu-
ti Mahometani, ad occasum solis vscq̄ ieiunamus,
id hominem Christianum minime decere afferen-
tes. Id quoq̄ acerbissime obīcierunt sacerdotum
coniugia, vt laicorum licita esse apud nos. Præte-
rea nec id sine mortu omittitur, q̄p primo bapti-
simo, quasi diffisi, singulis annis rebaptizamur, qd̄
prater viros, etiam mulieres circuncidantur, mo-
re nec apud Iudeos quidem recepto. Deniq̄ quod
delectum ciborum sanctissime obseruatum volu-
mus. Postremo, quod infantes, qui ante baptismū,
Pagani vocari solent, semichristianos nūcupemus.
Quibus obtrectationibus coactus sum talia dice-
re, vt nostros purgarem ab huiusmodi calumnijs,
& vt Doctores sacrae Ecclesiæ Romanae, redderem
nobis

DE AETHIOPVM MORIB.

nobis affabiliores. A quibus, nescio q̄ pieymhi in-
terdictum est sumere corpus Dominicum, postquā
in Lusitaniam veni, quod spaciū est septem an-
norum, & (id quod non sine dolore, ac lachrymis
dicam) reputor inter fratres Christianos, tanquam
Ethnicus, & Anathema. De quibus rebus ille, qui
omnia vegetat, videat, cuius iudicio oia cōmitto.

Ego autem non sum missus a potentissimo do-
mino meo, Imperatore Aethiopum, ad Romanū
Pontificem, & Serenissimum Ioannem Lusitanīg
Regem ad disputationum & contentionum rixas,
sed ad amicitiam & societatem contrahendam, nō
autem ad traditiones humanas, vel augendas, vel
diminuendas. Sed vt de erroribus Arrii principis
hereticorum diligenter exquirerem, & intelligerē,
an Europi Christiani cum nostris, ad huius ho-
minis opiniones deuincendas, cōuenirent. Proprie-
tati cuius errores Nicē, sub Iulio Papa congregati
fuit concilium trecentorum, octodecim Episcopo-
rum. Ac deinde vt sc̄rē, an id apud Europę Chris-
tianos seruaretur, quod Apostoli in suo Synodo-
rum libro præcipiunt, sc̄ilicet vt singulis annis bis
in Ecclesia Christi concilium celebretur, in quo de
rēbus fidei rationem habendam statuerunt. Quo-
rum primum voluerunt cogi ad festum Pentecos-
tēs, secundum, decima die Octobris.

Deinde

*Cœlū bī singu
lis āns celebren
dū sīn A post
loz synodu*

DAMIANI A GOES

Deinde ut intelligerem, quomodo inter nos conueniret de erroribus Macedonij, cuius causa, sub Damaso Papa congregatum fuit Constantinopoli concilium centum quinquaginta Episcoporum. Preterea de erroribus Nestori, propter quem sub Cœlestino Papa congregatum fuit in Epheso concilium ducentorum Episcoporum. Postremo ut etiam scirem de quarto ac magno concilio Chalcedoniensi, in quo propter errores Eutychis, congregati fuerunt sexcenti, triginta duo Episcopi, quo tempore Pontificatum obtinebat Romanum S. Leo, ex quo concilio varijs disceptationibus habitis, & nihil ad concordiam Ecclesie constituto, atque re infecta, omnes discesserunt, virtusquisque suam retinens opinionem. Quarum Synodorum libros, & aliarum, quæ postea celebratae fucr, potentissimus Dominus meus Aethiopum Imperator, paces habet, & de hac zizania, quam aduersarius veritatis Diabolus seminauit inter Christianos, Dominus meus plurimum dolet, vna cum omnibus suis subditis Christi fidelibus. Nostri certe ab exordio primitiæ Ecclesie Romanum Pontificem, ut primum Episcopum agnouerunt, cui etiam hodierno die, ut Christi vicario paremus. In cuius curia frequentissime essemus, nisi obstante magna itineru[m] interualla, ac multorum Mahometanorum

tha-

DE AETHIOPVM MORIB.

thanoru[m] regna interiecta, que transitu[m] impediunt, ita ut suscepis maximis periculis, nihil tamen efficias. Q[ui]j prudētissimus, & inuictissimus Rex Emanuel felicis memorie, qui primus nō sine coelesti numine itinera Orientaliu[m] Indiaru[m] suis navigationibus aperuit, magnâ spem præbuit, id in posteru[m] cōmodius futurum. Is enim superato Oceano Rubru[m] mare suis classibus edomuit, nihil deteritus magnitudine sumptuū, quo et Christi fidē augeret, & ad vslum nostrę amicitiæ, quasi vniū patefaceret, & id quonil iā factum est, et vtraq[ue] Gens alterius opibus vti potest, breui speramus fore, ut ab Lusiitanis, vna cum nostris, armis omnes Mahometani, ceterique Ethnici, ex toto mari Erythrō, ac vniuersa Arabia, Perside, ac India depellantur. Itidē & illud futurum confidimus, pace inter omnes Europaeos Christianos composita, ut etiam ex Mediterraneis locis, Ponto, alijsque prouincijs, inimici Crucis profligātur, ut sit iuxta Christi verba, super facie terræ vna lex, & vnu[m] ouile, & vnu[m] pastor. Cuius rei oracula duo habemus, alterū ex prophetia, S. Ficotoris, alterū ex sancto Synoda crenita, nato in extremis Aegypti cautibus, quorū neutrū ab altero dissentit. Et ex quo D[omi]n[u]s meus potenterissim⁹, legatos serenissimi et prudentissimi Regis Emanuelis accepit, videtur fides oraculorum,

ad eucu

DAMIANI A GOES

ad euēta properare. Certe iam inde noster princeps nihil magis cogitat, consilisque, & armis meditatur, q̄j ut Mahumetani de facie terre deleantur. His de causis, alijsque, quas coram serenissimo Rege Ioanne Emanuelis filio exposui, istius missus sum a domino meo potentissimo, non ad friuolas, & inane disputationes. Atq; vtinam instituta, atque conatus Principis nostri, pro quibus legatus sum, Deus optimus, maximus ad finem optimum, & ad suam gloriam perducat. AMEN.

His omnibus explicatis, obiter & breuissime a liquid de statu nostri Patriarche, ac Imperatoris exponam. Primum scendum solenni rito Patriarcham nostrum ab Hierosolymitanis Monachis nostris, qui ibi apud sepulchrum Domini habitant, suffragijs creari, idq; hoc modo. Vita defuncto Patriarcha, statim Imperator noster Preciosus Iohannes nuntium aliquem expeditū mittit Hierosolymam ad Monachos ibidem agentes, ut dictum est, qui nuntio accepto, ac muneribus, que Imperator Dominus noster ad sanctū sepulchru dono mittit, continuo alium Patriarcham suffragijs plurium eligunt. Sed fas non est alium, q̄j Alexandriae eligere, ac moribus incorruptum.

Quo creato, suffragia sua oblignant, caq; legato,

qui

DE AETHIOPVM MORIB.

qui ad id venit, in manibus tradūt. Is statim Cayrum contendit, quo ubi uentum est, Patriarche Alexandrino, qui ibi semper sedes habet, creatio nem illā legendam porrigit, Cognito autem, quē ex Alexandrinis delegerunt, uirum tantis honorib; bus destinatum, cum legato in AEthiopiam mitit, qui ex ueteri instituto Morachus ordinis dñi Antonij eternit debet esse, cum quo in AEthiopia profectum nuncius proficiscitur. ubi cum magno gaudio, & honore ab omnibus excipitur. In quo negotio aliquando annus unus, & alter trāgitur, interimque Preciosus Iohannes de prouentibus ipsius Patriarche pro libitu dispensat. Precepitum aut Patriarchae officium est, sacros ordines dare, quos nemo, ipso excepto, aut dare, aut auferre potest. Cæterum nullum Episcopatum, aut Ecclesiæ beneficium in vlos confert, id solum ad Preciosum Iohannem spectat, qui omnia pro suo arbitrio dispensat. Mortuoque Patriarcha, cuius ditiones, ac prouentus amplissimi sunt ex solidō omnium illius bonorum fit hæres. Est præterea Patriarche munus, excommunicationibus aduersus contumaces procedere, quarum tam arcta obsecratio est, ut prævaricatori poena perpetua inedia usque ad mortem infligatur. Indulgentias nullas dat, neq; concedit. Nec pro vlo delicto, quantū-

M i cunq;

*Exscriptio nro.
acta obsecratio*

unq; magno, cuiquam sacramenta Ecclesiæ inters-
discuntur, nisi tantum propter homicidia. Iplum
nomen patriarchatus, nostro idiomate Abunna di-
citur. Cæterum qui nunc hoc solium tenet, pro-
prio nomine, quod ex baptisme accepit, Marcus
vocatur, vir centum annorum, aut ultra. Scien-
dum etiam apud nos Calendis Septembribus an-
num incipere, qui dies semper incidit, in vigiliam
Iohannis Baptizæ. Reliquidies festi, ut Natalis D.
Paschæ, alijsque deinceps eodem tempore, apud nos
celebrantur, quo in Ecclesia Romana. Id quoq;
dissimilanter prætereundum non est, apud nos di-
uum Philippum Apostolum, Euangeliū & fi-
dem Scrutoris Christi prædictasse. Quod si
libeat sciscitari de agnomine nostri Imperatoris, is
sibi perfusum habeat, illum perpetuo appellari
Præiosum Iohannem, & non Presbyterum Iohan-
nem, ut hic falso passim tactæ. Scribitur enim no-
stro sermone his characteribus ⌂ 3 : ॥ ॥ : qd'
sonat Iohannes Belus, hoc est, Iohannes Præiosus, siue
Alt⁹, et i Chaldaica lingua sic scribis ܓ ܵܶܵܶ : ܵܶܶܶܶ
quod est Iohannes Enco⁹, id si interpreteris, etiam
Iohannis Præiosi, siue Altī significatum habet, nec
est nominandus, ut Matthæus falso indicauit, Im-
perator Abesynorum, sed Aethiopum. Matthæus
enim

enim, quoniam Armenius erat, non poterat res
nostras perspicie scire, præsertim eas, quæ ad fis-
dem spectabant. Iecirco multa coram prudenti-
simo felicis memorie Rege Emanuele exposuit,
quæ minime apud nos habentur. Id autē fecit nō
quod mentiti voluerit, quippe vir bonus erat, sed
quod in rebus religionis nostræ non admodum e-
rat edocitus.

Regnum autem & Imperij successio, non is
filiū maximum natu transmittitur, sed ad eum,
in quem pater id conferte vult. Et is qui modo
Imperium tenet, ordine naſcendi tertius est, quod
pia quadam reverentia emeruit, cum enim filij a pa-
tre moribundo, in regijs folijs sedere iuberentur, q̄
teris id facientibus, folus id facere recusauit, abſit,
inquit, id mihi tribui, ut in cathedra domini mei
ſedet. Qua pietate a patre circumspæcta, ei regna ac
imperium tradidit, vocatur is autem David. Cui⁹
imperij ditiones tam Christianorum, q̄ Ethnico-
rum miræ amplitudinis sunt. In quibus multi Re-
ges, & reguli, comites, barones, ac proceres, multa
q̄ nobilitas inest, ad eius mandata obtemperatissi-
ma. In cur⁹ omnibus ditionibus, nulla preter pe-
trinam habetur moneta. Autū vero, & argenti
pōdere datur, ac accipit. Oppida & civitates apud
nos permulta sunt, sed nō tales, quales hic in Lusi

tania videmus, id magna ex parte inde venit, quod
Preciosus Iohannes semper in castris, & tentorij
veretur. Quae consuetudo ideo recepta est, ut No-
bilitas continue, & perpetue, sc in rebus milita-
ribus exercet. Nec illud prætereundum videtur,
nos ab omnibus lateribus circundatos esse, ab ho-
stibus nostræ fidei, cum quibus crebro configi-
mus, semper secundo Marte vii, quas victorias nu-
minis auxilio imputamus.

Ius autem scriptum, apud nos in vñu non habe-
tur, nec litigantium querelæ libellis, sed ore pera-
guntur, id sit ne lites avaricia iudicū, & patro-
norum, in longum protrahantur.

Id quoq; admonitione dignum videtur, Mat-
thæum non fuisse ab Imperatore nostro Davide
missum, ad iniuctissimum, potentissimumq; Re-
gem Emanuelem, felicis memorie, sed ab Regina
Helena vxore Imperatoris, cognomento Manu-
s Mariæ, qui huius Davidis, de quo loquimur, auus
fuit, quæ tunc temporis ob tenellam Davidis etat-
em, regnum gubernacula administrabat, muli-
er haud dubie prudentissima, & sanctissima. Fadē
ista Helena duos composuit libros sermone Chal-
daico, vt erat doctissima. Quorum unus dicitur
Enzera Chebaa, id est, Laudate Deum in organis,
in quo de trinitate doctissime disputat, & de ma-

tris Christi Marie virginitate. Alter vocaſ Che-
dale Chaay, hoc est, Radius solis, in quo acutissime
de lege Dei disceptationes habet.

Omnia haec de fide, religione, ac patriæ noſtræ
ſtatu, ego Zaga Zabo, quod gratia patris interpre-
tatur, Episcopus, & facerdos, ac Bugana Raz, nō
pe miles, ac Prorex prouincie, quæ Bugana dicit,
nec tibi in Christo filio meo charissimo Damia-
no peteti, nec vñli homini talia flagitanti denegare
potui, aut negare licuit diuabus de causis, quarū pri-
or est, quod in mandatis habeo a potentissimo do-
mino meo Precioso Iohanne Aethiopum Impera-
tore, omnibus me interrogantibus de fide, religio-
ne, ac prouincia noſtra, ne quid clam haberem, ſed
ex fide veritatem rerum, scriptis, & verbis expone-
rem. Secunda quod opere precium existimatē, mo-
res, ritus, instituta noſtra, & locorū ſitus in publi-
cam notitiam venire. Quas res nemini ad hunc vñc
diem ſcripsi, nec verbis expolu, non quod ad id la-
boribus meis parcere vellem, ſed quod null⁹ Chri-
ſtianorum hominum, poſquam in Lufitaniam ve-
ni, a me talia cognofere appetiuit. De qua re non
potui, nec possum ſatis mirari. Te vero quem terū
noſtrarum cupientiſſimum multis argumētis iu-
dico, per Christi plagas, ac crucem oro, vt hanc no-
ſtram fidci, ac religionis confeſſionem, in linguam

Latinam conuertas , vt per te licet omnibus p̄ijs
Europaeis Christianis , ritus , ac integratatem mo-
rum nostrorum intelligere .

Porro si tibi inter duas peregrinationes Ro-
mam petere contingat , tūc nomine meo Pontifi-
cem , ac venerandos Cardinales , Patriarchas , Ar-
chiepiscopos , Episcopos , ceterosque bonos Chri-
sti cultores , per Iesum Christum , in osculo pacis
salutes , petalque ab ipso Pontifice , vt ad me re-
mittat Franciscum Aluarez , litteris illis suis instru-
ctum , quibus Domino meo potentissimo AEthi-
opum Imperatori respondeat , quo tandem in pa-
triā redēam , meisque lares inuicem , nimium ea-
nim diu hic detentus fui , vt ante obitum meum .
qui ex nimio senio , pro sorbis eff-mandata perse-
ram . reliquias deinde virg . tranfacta hac legatione
Deo consecrēs , diuinisque rebus totus vacem .
Ceterum te oro , si aliqua in nostris scriptis non su-
erint fatis composita , aut ordinata , vt ipse tu id ad
phrasim latinam coapeas , sed ita , vt nihil de sensu
immutes . Postremo te obsecro , vt inter vertēdūm
exquiras diligenter , vetus , & nouum testamen-
tum , vt intelligas ex quibus locis meas autoritates
excerps , quō certius veritas . Quod si enīia non
fuerint tam feliciter tractata , q̄ iorūtan aliquis cu-
tiolus , aut scrupulofus exigit , id condonandum

erit inopie . & penurie librorum Chaldeorum ,
quos p̄ces me non habeo , quos enim habui , ini-
quitas fortunq̄ in itinere perdidit . Quamob-
rem destitutus omnium librorum auxilio , nihil ,
nisi quod recēs memoria adferrebat , dictare potui ,
sed ea omnia certissima fide . Vale filiole in Chri-
sto dilectissime . Vlyssipone , vigesimo quarto
Aprilis , Anno salutis nostrae millesimo , quingen-
tesimo , trigesimoquarto .

Postquam haec omnia scripsi , venie mihi in men-
tem locus ille , vbi dico Christum descendisse ad
inferos , pro anima Ade , atque pro anima ipsius
met Christi , quam ipse Christus accepérat ex san-
cta Maria virginē matre sua . De qua te habe-
mus testimonium verissimum , in libr̄is , quos re-
gimini vocamus , quos Christus Iesus Scutator
noster Apostolis tradidit , in q̄b⁹ habent hęc ver-
ba , que mysteria doctrinariū appellantur . Quorū
autoritate , & testimonio , omnes sine villa hesita-
tione , in hac sententia versamur . Ego tamen post
q̄ in Lusitaniam veni , depr̄chendi Theologos di-
uerſia tradere , contra nostrum omnium opinio-
nem , quę tam certa est , vt non hoc solum , sed etiā
omnium hominū animas , ab Adam p̄fluxisse asse-
ramus , & vt caro nostra est ex feminio carnis Ade ,
ita q̄c anima nr̄a , quasi lucerna in aīa Ade accen-
sa .

DAMIANI A GOES

Ex originem suam, & naturam ex Adam trahit.
Ex quo appetet nos omnes semen esse Adae ex car-
ne & anima.

Hic characteribus, manu propria
ipius Oratoris omnia supra scripta,
subsignata erant.

+

¶ : G A H : A . T : M U C T : R P : H M H :
P A : H Q : H D C T : H L T : A B : H M F :
Z T T O .

DE PLO =

RATIO LAPPI.

anx Gentis, Damiano
a Goes auctore.

NON indignum puto Pontifex Maxime, in
calce huius nostri opusculi, quoniam ad fidem,
& vniōnem Ecclesiae hac quoque spectant,
Ioannis Magni Gothi, Archiepiscopi Vpſalię in
regno Suetiae (vt ab eo ad misericordiam Lappianę
gentem veniamus) aliquam mentionem facere.

Is autem Ioannes Magnus Gothus, vir est optimis
parentibus, ac diuitiis natus, sacrarum literarum non vulgariter peritus, probitate vitæ spe-
ctatissimus. Ecclesiæ Romanæ ita addictus, vt eius
causa amplissimum Vpſaliæ archiepiscopatu-
cum prouenientibus plus minus quadraginta milli-
um aureorum in singulos annos, vna cum fundo pa-
terno amiserit, cuius dignitatis, ac bonorum iactu-
ra, ab fluctibus fortunæ agitatus, in Prussia, Ge-
dani diu tenuiter viicitans delituit. Vbi (interim
quod mihi regis mei negotia in illis Germaniæ par-
tibus tractanda erant) cum eo, ac cum Olao Ma-
gno Gotho eius fratre, indissolubilem contraxi a-
micitiam. Hos inopinata postea Vincentiæ re-

N peri

DAMIANI A GOES

peri multo tenius, q̄ antea degentes, quem locum
 ex illis vltimis terrarum oris, propter promulgatum
 Cōcilium, ex quo non nihil sp̄i libi, ac suis ca-
 lamitatisbus conceperant, adeundum esse proposue-
 rant. Concilio tandem intermissio, q̄ boni viri iam
 a suis facultatisbus plane destituti, quibus dum am-
 pliores essent, s̄p̄ius in Aquilonariis illis parti-
 bus, pro Romaia Ecclesia pugnauerant, & adhuc
 (si res successisset) pugnaturi essent. Venetias emi-
 grat, vel aliena liberalitate, vel suis laborib⁹, pre-
 fertim docendo, ac instituendo, victum quaesturi,
 nullis enim alijs subsidijs nisi poterit, nisi quod in
 numinis auxilio totam spem reposuerit. quo cum
 peruenissent, solum ab Hieronymo Quirino Pa-
 triarcha Veneto, in ipso Patriarchatu humanissi-
 me accepti hospitantur, vbi ad hunc usque diem di-
 latū Conciliū expectantes h̄c rent. Sub huius Vpſa
 lenti Archiepiscopatu, pars illius vastę Lappianę
 provincie habetur. Cuius indigenae Christi Ser-
 uatoris nostri leges minime norunt, id quidem vt
 a multis, tum bonis, tum fide dignis viris, dum in
 illis provincijs versarer, ob turpisimā Pr̄latorū,
 & nobilium quæstum, ac avariciam accidere intel-
 lexi. Nam si Christiani essent, liberi essent ab illis
 vectigalibus, & tributis, quib⁹ ipsi, vt Ethnici mul-
 tan:ur, nobilitas contra cuni Episcopis dñelet.

Vestit

DE LAPPPIIS.

Vet̄e igitur eos Christianos fieri, ne subediti suat̄
 fugo Christi, aliquid lucilli corum tyrannidi, et ra-
 paciati subducant, & aliquid ex vectigalibus de-
 crecat, quibus gens illa miseranda, ab ipsis Monar-
 chis, turpiter & infamabiliter premitur et torquēt,
 qui impatiētissime ferūt, si illi Christiani facti, nō
 longe plus vectigalum ipsis penderent, q̄ ceteri
 Christiani suis principib⁹ pendūt. ac prouide de-
 formem istum, & sacrilegij quæstum fidei, ac reli-
 gionis Christianę, cōtempta tot animarum salute,
 anteponunt, vere habentes claves, quibus nec ipsi
 intrant, nec alios intrare sinunt. Avariciam sane
 inexplicabilem, & impicatem intolerabilem, ac a
 pijs peccatoribus, armis, & scriptis, deniq̄ totis vi-
 tribus expugrandam, quam proculdubio sepitam
 hoc tempore habuissimus, si his bonus vir in pristī
 num suum honorem restitutus esset, nihil: nam ma-
 gis cupit, nihil acris meditatur, q̄ quo pačio hæc
 gens ad Christi fidem reduci possit, nihil flebilis
 deplorat, q̄ quod se autore (id quod sape animo
 voluerat) h̄c misericordę pecudes adhuc ppter impiā
 religionē, per Christianam fidē Christi oues factæ
 non sint, nec tē queritur se ab Archiepiscopatu, vel
 bonus auris depulsum, q̄ tp̄ careat neruis, auxilio,
 & facultatisbus, quibus hanc Lappianam plagā, et
 medicari, & sub Christi iugū mittere, et Romanę

N ii Eccl.

Ecclesiæ coniungere possit. Id quidem postea mihi scriptis per literas confirmauit, quibus nondum ipse placat⁹, acrem huius negotijs, in fine illius primæ Preciosi Ioannis legationis (quam ipsi Ioanni Magno Gotho consecraui) mentionem feci, ne tū quidem mihi ipsi in hoc negotio satis feci, sed cum Erasmo Roterodamo meis literis egi, ut causam isti rei scriptis commendaret. Postmodum in illius contubernio agens, quod mihi cū eo Friburgi Brisgoe, ad quinque menses fuit, præsens cum præsente verba super eodem negotio feci. Quibus rebus impulsum, constituerat de hac re iustum volumen emittere. mortis mī interuentu, operis materia, quā iam congeisserat, dissoluta est. Nihilominus in suo Ecclesiaste tam nefandam impietatem nō obticuit, quę sane talis est, ut omnes Christianos, quibus potētia, & doctrina a deo concessa sunt, posset quodammodo reos facere, & ab eis in ultimo iudicio, coram iusto Christo iudice vindictam petere. Videant iam Christianorum Monarchæ, quam rationem, quem calculum tantarum perditarum animarum, in nouissimo dñe ad Christi tribunal, vbi nec gratiæ, nec indulgentiæ locus est, nec blandimenta, nec allentationes recipiuntur, reddituri sint. Tu tamen Pontifex Maxime is iam solus es, qui huic morbo mederi potes: Tu iam is es,

qui

qui huic Cienti vias domini demonstrare potes, & ut recte in ihs ambulent, dirigere. Tu solus eas de inferno inferiore redimere valebis, per te parvulis Christū accedere licebit, & in virtute dexteræ tuæ a daemonum catenis, ac insidijs liberari, & copiosa Christi in hoc, & in alio seculo redēptione frui. Vide quam palmarum obtinebis, si messis illa multa, te operario in horreum Christi comportetur. Nec dubium est, quin comportabis, modo incipiās. Sunt hodierno die cum Gustavo Sueciae, & Gothiae rege aliquot Magnates, ab ecclesia Romana recisi. Sunt in ipsis quoque regnis, qui omnino ex diāmetro dissentiant, possis ad utrosque literas pro tua dignitate, & pastorali officio dare. eosque per Christi plagas (hunc enim omnes, cū quam ab ipsa Romana Ecclesia dissentiant, filium dei, & Seruatorem nostrum fatentur) obtestari, ut hanc orientalem, & occidentalem Lappiam, cum Fimmarkia, Scandinavia, & Biarmia amplissimis provincijs, quarum maior pars Christum non nouit, ad eius suauissimum iugum venire permittant, ab eisq; tantum aucupentur, & extorquent, quantū alijs Christiani principes, a suis subditis, vel iure postulare, vel precarijs exactiōibus obtinere consueverunt. Ad id non tantum literg, sed viri quoq; docti, & sanctitate vitæ probati mittendi videntur,

DAMIANI A GOES

tur, ut hæc provincie, Romane Ecclesiæ per Christum fidem coniungantur. Quibus per te una cum AEthiopica gente, ad veram Christi legem adductis, & si populi irascantur, Dominus sedens super Cherubim regnet, & terra mouetur, ipsa quæ exultet, & insulæ multæ latentur. Vale Pontifex Maxime in Christo Iesu, AMEN.

Ex Louanio Cal. Septemb. Anno, M.D.XL.

Quoniam nomini dñe superiori, hoc de Lappi breviter adiocere solet.

LAPPIA mari Botnicæ interitu in orientalem, & occidentalem dividitur, quasi aquæ extremitati, Torna est. Ab oriente la con ab eo tangit, ad septentrionem terræ prouincia angelicæ, ad incolam se extendit, ad occidentem Isthmum responsum, partis Norvegiae est contiguous, ad meridiem, ab altera Norvegia parte, Sartia, Finländia & ab utroque Botnia cinguntur. Lappia cum orientalis Ecclesiæ Domini Andreæ in grada elevacioni poli æstigfissio quara habet, que magnifica & sumptuosa templo, ac doctis, & juratis literaturam eruditis ornaret. Ecclesia hec Archepiscopi Vyskofensis obediens, & obtemperans, sub causa docti sua est. Nihilominus eis circumiacet, sive incarne, sive aeterna Prælatorum, & Magnatum (ut dictum est) Christianorum cognoscunt. Lappia latius sermone interpretante incepit, sive se fœtus prouincia, nomen puto indutum inde, quod ex nimis & inviso frigore, solam tanq; stupidi, minime aptam sit, nec ad recipiendū, nec ad processandū fruges. Indigenæ sibi prouincie, servos, & medievit fluvium sunt, mare dexterum, & agiles in arribus, & sagittis stendit, quæ etenim secundū ab incolis suis excentur, ut puto à scopo erranti ciibus non deinceps sper, donec in eam recte signata dirigat. Pelldus non male-

DE LAPPIIS.

incolgat ceteris Laco usq; precipue vultur, quæ se a frigore hinus trahit, quod ita citius pati afficeret, ut dū opus sit, id sine aliquo per illū omnino expugnare videntur. In tabernaculis habent, nec domus eis dicuntur, quæque sepius hinc inde migrat. Aliam a iuncti ratione & mutations, accipi, & pescationis non habent, in quibus plurimi praesunt. Est enim prouincia illa gloriam retinē feracissima. Agri non colant, ruris evanescunt sine alijs seruo clausi cibatis, quibus pescibus arte excicatis, ac peccibus omnijs ad vicinos namq; ut, ne permissione tantum suorum & pecorum, nullo sermone adhibito, sed soli nimbus agitari, acquarunt. Id scilicet accidit ob lingue barbaræ, & afferatatem, que eis enim nihil possunt intelligere, aliquo in suis permissionibus sequentes, & experitissimi sunt. Gen bellissimi, & amissi est. Loco equorum montes ab aliis, que Rangi suo sermone vocat, magnitudine & colori ejus, ligula levata formam, sive cornua avorum habentibus, sed cornua longiora quam corpora, & humeros, & tenus rarae certe ut ipsi audiuntur. Hec tunc sunt velocissimi, ut spiritu xij. horarum velocior ad sexaginta milia Germanicas grippit. In quælibet peregrinatione, lito vel celeri, ex tribus milia amadorem agitantur, ad instar mœci colligunt crepitos audire.

Religio illius genitrix est, & ignem, & flamas lapides pro diphbare. Ex quo re, anima eis in mare occidente, tota die exercitio adiungit, & exasperat. Meritorum obsecrant, & mare sunt Telerotypi. Incitamenta sibi possunt, ut inter milia dia dictu mira, que prætermoto, naves in medio corsa retinente, sic ut nullus ventorum ansueti possit. Quod malorum solo argutus excentrum foris nassus, ac transversa linea, curatur, & quo spiritu illi, ut ab incolis acipi, nassa absorbitur.

Finis.

ERRATA.

A. facit 5. versu 7. pro ipso, iuxta. B. fa. 6. lin. 15 pro bebis domineb, babil mons. ¶ C. f. 6. li. 11. p. 28. mis. ¶ H fa. 2. lin. 7. Episcops ut clerici. ¶ I. facit. 7. lin. 7. pro Indub. Indub. ¶ K. f. 7. li. 10. ex Romane Ecclesiæ consuetudine. Ibidem fa. 6. lin. 15. Id vero quod ¶ M. fa. 1. li. 24. posse perpense incusat.

